BIBLIOTEKA
ORDYNACYI
KRASIŃSKICH.

Rok 1869.

WARSZAWA,
w Drukarni Jana Jaworskiego,
ULICA KRAKOWSKIE-PRZEDMIEŚCIE NR. 415.

1869.

BIBLIOTEKA
ORDYNACYI
KRASIŃSKICH.

Rok 1869.

WARSZAWA.
Nakładem Ordynacyi Krasińskich.
—
1869.

Дозволено Цензурою.

Варшава 3 Октября 1868 года.

AKTA PODKANCLERSKIE

Franciszka Krasińskiego

1569—1573.

Marian Kierec

WYDAŁ

Wł. Hr. Krasiński.

OBJAŚNIŁ PRZYPISKAMI

Wł. Chomętowski.

1179

CZĘŚĆ PIERWSZA

(obejmująca akta od 9 Stycznia 1569 roku do 1 Kwietnia 1570 roku).

WARSZAWA.

w Drukarni Jana Jaworskiego,

ULICA KRAKOWSKIE-PRZEDMIEŚCIE NR. 415.

1869.

Egzemplarz Dra Fil. Antoniego Małeckiego.

Marian Kierecki–
1179

384097

WSTĘP.

Drugi z kolei tom wydawnictwa naszego odnosi się do téj saméj epoki co i pierwszy; a chociaż różni się zakresem spraw, których dotyczy, w ścisłym z nim pozostaje związku i dopełnia całości. Jeżeli bowiem **Dyaryusz Sejmu z 1565 r.** *daje nam poznać wewnętrzny ustrój państwa i dokładny przedstawia obraz życia publicznego w połowie szesnastego wieku, to* **Akta Podkanclerskie,** *przeważnie ku polityce zagranicznéj zwrócone, wtajemniczają nas w działalność gabinetu Zygmunta Augusta i pozwalają ocenić jego stosunki, znaczenie, taktykę i zamiary. Bogaty to nabytek dla historyka, z jakiegokolwiek zresztą spoglądać będzie stanowiska na dzieje!*

Franciszek Krasiński, który zbiór ten po sobie zostawił, był długo posłem na dworze Cesarskim, ówczesnym **forum mundi,** *nim został podkanclerzym koronnym. Wtajemniczony w stosunki międzynarodowe, na tém stanowisku stał się doradcą i kierownikiem dyplomatycznych zabiegów Króla, tak jak przedtém był już prawą jego ręką w najtrudniejszych i najważniejszych kwestyach wewnętrznych. Dostąpiwszy biskupstwa Krakowskiego, podczas następnych bezkrólewi stanowił główną łącznię zwaśnionych stronnictw i umiarkowaniem własném pociągał je do zgody. Umarł wcześnie, bo w 52 roku życia, w początkach panowania Stefana Batorego.*

Akta, które z jego kancelaryi wyszły od 1569—1573, ułożone w chronologicznym porządku, mogą być uważane jako dalszy ciąg Tomicyanów. Stanowią one w zbiorze po ś. p. Świdzińskim rękopism (zapewne kopię ówczesną) składający się z 454 kart fol. ścisłego pisma, w języku polskim, łacińskim i włoskim. Dokument na str. 12 drukujem z zachowaniem ortografii pierwowzoru, inne zaś według nowszéj pisowni z uwzględnieniem cech ogólnych i właściwości gramatycznych. Korrespondencyę zaś włoską w tłumaczeniu, łacińską, jako dostępniejszą w oryginale podajem.

Wahaliśmy się chwilę, czy czekać aż rękopism cały gotów będzie do druku, aby go ogłosić, czyli też wydawać go częściowo, w miarę opracowania materyału. Poszliśmy tą ostatnią drogą, pewni, że uczona publiczność nie nazwie pośpiechem tego, co w istocie jest tylko gorliwością.

Wł. Krasiński.

AKTA

1569.

I.

Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Polouiae, magnus Dux Lithuaniae. Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiaeque Dominus et haeres.

Georgio Ticinio. [1]

Venerabilis domine n. dilecte. Scripseramus antea Dominationi tuae, illique mandaveramus ut cum sanctissimo Domino nostro nomine nostro ageret, eique supplicaret, pateretur Sanctitas ejus Reverendum in Christo patrem dominum Petrum Myszkowski Episcopum Plocensem, una cum episcopatu ipso, Decanatum Cracoviensem retinere: cum domo et praestimonio, quae hactenus in ecclesia cracoviensi obtinuit. Quae res etiam fuit a Sanctitate ipsius ex animi nostri sententia impetrata. Nunc quoniam audimus Reverendo domino episcopo difficultatem, praesertim de domo et praestimonio, fieri a nonnullis, qui etiam asserere non dubitant, impetrationem hanc retentionis praeter voluntatem nostram esse factam, mandamus denuo D. tuae, ut retentionem hanc quam maxime nomine nostro tueretur, ipsique Sanctissimo Domino nostro persuadeat, gratissimum nobis fore, si id, quod semel Reverendo domino episcopo Plocensi concessit ad nostra postulata, deinceps praesentia ratum habere velit, neque se a sententia sua dimoveri patiatur, eorum hominum sermonibus, qui haec, nobis insciis, a Sanctitate ejus jactant fuisse

---

[1]) Ksiądz Jerzy Ticini, Kanonik Łęczycki, jeden z sekretarzy królewskich, był agentem króla Zygmunta Augusta przy dworze Rzymskim już w roku 1564, jak się pokazuje z listu tegoż króla do Papieża, w którym poleca Kamila Lambertini Bonończyka.

Patrz Teinera T. II str. 711.

impetrata. Nos enim non solum tunc ejus rei auctores profecto fuimus, uti ex nostris superioribus ad Dominationem tuam scriptis litteris videre licet, sed nunc etiam magnas omnino causas habemus, quamobrem idem Reverendo domino episcopo, ob singularia ipsius erga nos merita, perpetuum esse cupiamus. De quibus causis etiam alias ad Dominationem tuam abunde perscripsimus.

Dat. Lublini 9 Januarii Anno domini 1569.

II.

Sigismundus Augustus etc.

Significamus etc.... Eam semper fuisse nostram opinionem de singulari virtute, et eruditione fideque erga nos, ac observantia Venerabilis Fr. Krasinski, Praepositi Plocensis, Archidiaconi Calissiensis et canonici Cracoviensis, jam inde ab eo tempore, quo primum inter secretarios nostros relatus erat, ut propter summam ipsius erga nos fidem et observantiam, omnia illi recte a nobis committi, propter mirificam autem virtutem et eruditionem, nihil non rectissime ab eo confici potuisse videretur, itaque cum ingenium industriamque ipsius, in honestis aliquot, et illustribus legationibus, per continuos aliquot annos periclitati essemus, quibus in legationibus obeundis, non solum certam de se opinionem nostram vehementer confirmavit, sed etiam novam quandam magnopere excitavit, fecimus summa voluntate nostra, ut paulo ante praeposituram ipsam Plocensem, unum ex optimis et honorificis sacerdotiis in ipsum conferremus. Nunc autem praeterea cum Reverendus in Christo pater D. Petrus Myszkowski, Episcopus Plocensis, tum aetati ingravescenti, tum valetudini quoque et tranquillitati, ac otio suo consulens, Procancellariatum regni nostro ultro in Senatu, praesentibus nobis deposuisset, sigillumque minus, quod a nobis traditum habuerat, nobis et Reipublicae reddidisset, faciendum nobis esse existimavi-

mus, ut sigillum hoc istud, et officium Procancellariatus Regni nostri, cum omnibus privilegiis, juribus, praerogativis, huic muneri antiquitus attributis, eidem Venerabili Francisco Krasinski publice in conventu omnium regni nostri ordinum, ad extrema vitae ipsius tempora traderemus. Quod quidem fecimus, bona spe freti, ipsum non solum in eadem erga nos fide et observantia permansurum, verum etiam quo majorem suarum virtutum exercendarum campum in hoc Procancellariatu nactus est, hoc majora et illustriora indicia atque documenta ipsarum indies daturum esse, imitantem, cum reliquos fere omnes, qui ante ipsum eidem muneri praeclare admodum in hoc regno praefuerunt, tum etiam eum, cui ipse proxime successit, Reverendum D. Petrum Myszkowski Episcopum Plocensem, qui id munus et gessit sane laudabiliter, et cum summa gratiae nostrae testificatione susceptum, non cum minore omnium ordinum pro meritis suis gratiarum actione deposuit. Quod cum ita sit: omnibus in universum quorum interest mandamus, ut praefatum Venerabilem Franciscum Krasinski, verum atque legitimum regni Poloniae Procancellarium agnoscant, eique locum, censum, reditum, praerogativam denique omnem ejus muneris diligenter conservent, et conservari faciant. Quae etiam omnia nos ipsi, quantum in nobis est, conservaturos nos esse pollicemur, et libenter admodum et diligenter. In cujus rei fidem etc.

Dat. Lublini XI Januarii.

III.

Sigismundus Augustus.

Serenissimae Caesareae Majestati. [1])

Serenissimo et Excellentissimo etc. . . Serenissime etc. . Scripseramus ante biennium Majestati vestrae, ab eaque po-

[1]) Maksymiljan II Cesarz Niemiecki.

stulaveramus, pro generoso Nicolao Brandis, subdito nostro, ex territorio Oszwieczimensi, ut secundum tenorem pactorum nostrorum communium, ipsum ab injuria Magnifici Francisci Turzonis Majestas vestra defenderet, colonosque ipsius profugos, cum familiis, jumentis, et multa suppellectile, restitui a praedicto Turzone juberet. Ac dederat quidem tunc Majestas vestra mandati sui, litteras ad ipsum, quas nos etiam vidimus, ut et colones istos, et reliqua restitueret. Verum ad eas quidem litteras factum est nihil, ita ut nihilominus subditus noster hucusque eam injuriam patiatur. Quamobrem iterum atque iterum postulamus a Majestate vestra, ut auctoritatem suam majorem et severiorem interponat, ne amplius Nobilis hic, subditus noster causam habeat conquerendi. Cum enim nunc, agantur comitia regni nostri, nollemus sane privato hoc negotio causam rerum publicarum interturbari, cum is quidem, ut audimus, injuriam suam, ad ordines regni nostri referre deliberatum habeat. Faciet Majestas vestra rem et aequitate sua, et Fraterna erga nos benevolentia dignissimam, si finem huic negotio quamprimum imposuerit. De quo sane non dubitamus. Bene valere Majestatem vestram cupimus.

Dat. Varsaviae die XXVI Januarii, Anno D. MDLXIX.

IV.

Sigismundus Augustus.

Carolo Danzaco, Regis Galliae legato.

Magnifice s. n. dilecte. Etsi aliunde quoque de his rebus intelligebamus, quae et in Suetia proximis diebus, et istic in Dania acciderant, tamen sermo litterarum quoque S. vestrae in hoc genere fuit nobis gratissimus. Nec minus illud, quod S. vestra iterum atque iterum studium et operam suam, nomine Serenissimi Galliarum Regis deferre nobis non dubitat, ad pacificationem coeptam, vel prosequendam, vel constituendam, si in

ea re auctoritas Serenissimi regis Galliarum usui nobis esse posse videatur. Itaque primum omnium studium hoc tantum S. vestrae erga nos, ergaque causam hanc communem, cujus studii magna ad nos indicia, tum litteris S. vestrae, tum fama quoque ipsa sua perlata, non possumus non magnopere probare. Deinde autem profiteri illud non dubitamus, non gravate nos opera S. vestrae vel in hac vel in alia etiam causa, usuros esse, si quando se alicujus rei occasio obtulerit. Nunc quidem tantum fere habemus, quod S. vestrae, pro ipsius singulari erga nos observantia, injungamus, ut amorem et benevolentiam nostram fraternam Serenissimo principi regi Galliarum de meliori nota commendare nunquam intermittat, sibi autem de nobis omnia prolixe promitatt.

Dat. Lublini XVI Februarii Anno Domini MDLXIX. Regni nostri XL.

V.

Christoforus Megapolensis Dux, ad regiam Majestatem, die XVIII Februarii MDLXIX, Lublini. [1])

Serenissime Rex, et domine, domine clementissime, quod jampridem edoctus calamitate mea, per me ipsum libenter fateor, et agnosco, id nunc quoque summa S. R. Majestatis vestrae gratia atque clementia invitatus dissimulare non pos-

---

[1]) Krzysztof X-że Meklemburgski, Koadjutor Arcybiskupstwa Rygskiego, był więziony wraz z Arcybiskupem w Kokenhausen przez rok cały, przez Wilhelma Firstenberga Mistrza Inflanckiego, za staraniem króla Zygmunta Augusta wypuszczony na wolność w roku 1557. Skoro w końcu roku 1561 Eryk XIV Król szwedzki wysłał kilka tysięcy ludzi do Inflant i zabrał wiele zamków warownych, Krzysztof X. Meklemburgski połączył się z nim przeciw królowi Polskiemu, ale Ernest Wejer dowódzca załogi niemieckiéj, z sześciuset ludzi złożonéj, pojmał Krzysztofa i odstawił królowi, który kazał go za takową zdradę osadzić w zamku Raw-

sum, majorem esse erga me Majestatis Vestrae Serenissimae gratiam, quam ut eam ulla unquam mea merita assequi posse videantur. Ego enim cum beneficio S. R. M. V. et coadjutor Archiepiscopatus Rigensis factus, et paulo post ex gravissima Magistri Livoniensis obsidione ac vinculis liberatus, et multis aliis S. R. M. V. officiis ac beneficiis adfectus essem, tamen vel fervore aetatis ipsius meae, vel pravis nonnullorum consiliis incitatus, ad Ericum XIV Suecorum Regem, hostem publicum Majestatis Vestrae defeceram, posthabita interim S. M. V. Rege consanguineo, et domino ac benefactore meo. Pro quo sane facto, ac excessu meo, illud etiam justo admodum Dei judicio reportavi, ut in potestatem S. R. M. V. et captivitatem devenerim, in eaque conditione et fortuna, annos pene sex versatus sim, desertus ab amicis, destitutus a propinquis, nudus ab omni prorsus cum meo ipsius praesidio, tum omnium aliorum. Et tamen S. Majestas V. Regia, cum amici mei, et noti mei dereliquissent me, ipsa assumpsit me: et pro juvenilibus erratis, atque adversum se commissis meis, hanc gratiam mihi, pro sua singulari clementia reddidit, ut me et in custodia admodum clementi per id tempus habuerit, et rebus ad victum necessariis benigne, cum omnibus meis prosecuta fuerit, et spem praeterea semper fecerit, gratiae atque clementiae suae Regiae, dummodo a tumultibus ipsis bellicis respirasset.

Quibus sane omnibus et multis praeterea aliis in rebus, uti summam meam culpam, ita summam S. Majestatis V. R. gratiam atque clementiam, libenter, et ex animo meo sponte agnosco, et quoad longissime vixero. omnia mea grata me-

---

skim, poleciwszy straż jego Janowi Jarzynie herbu Biała albo Trzaska. Krzysztof Koadjutor Arcybiskupstwa Rygskiego, miał brata Jana Albrychta X. Meklemburgskiego, żonatego z córką Xcia Pruskiego; ten starał się usilnie o uwolnienie go z więzienia, w którém przez lat siedm był trzymany i dopiéro w roku 1569 wypuszczony został na wolność, w skutku czego pisze niniéjszy list do króla.

moria, omni debita praedicatione, omnibus denique bene nati, ac bene instituti principis, studiis, et obsequiis, perpetue agnoscam.

Non ero unquam nec verbo, nec facto, nec per me, nec per alium, contra S. R. vestram, regnumve Poloniae, aut reliqua dominia vel feuda S. R. M. vestrae subjecta. Nullas inimicitias cum S. R. M. V. amicis, inprimisque cum Serenissimis Daniae, foederato, et Joanne Sueciae affine M. Vestrae, regibus exercebo, nullamque eorum dominiis significationem ullius hostilitatis dabo, sed eos pariter cum S. R M. V. domino et benefactore meo, et cum omnibus Majestatis V. confoederatis, vassallis, servitoribus, et omnino cum omnibus S. M.V. addictis, omni meo studio colam et observabo.

Nunc quidem Archiepiscopatu Rigensi, quem beneficio S. R. Majestatis V. antea obtinui, sponte mea, in gratiam ejusdem Majestatis V. cedo, jurique si quod unquam ad eum aut ad capitulum Rigense habui, solenniter omni quo possum meliori modo, via et ratione, publice et clara voce renuntio, neque me deinceps ad ea juris aliquid habere praetendo, nec habiturum esse unquam praetendam, omnes etiam et singulos, quorum forte fidem jurejurando obstrictam in Livonia et obligatam habui, hoc jurejurando solvo et libero, solutosque et liberatos pronuntio. Inque harum omnium rerum signum et testimonium illustrius, privilegia, et quaecunque alia ad dictum Archiepiscopatum et capitulum pertinentia, penes me habeo, S. M. R. V. trado, nec plura me his habere profiteor, et si forte haberem, nunquam me his usurum, sed omnia S. M. V. transmissurum esse polliceor.

Atque his sane de causis cum debita reverentia S. R. Majestatem V. accedo, eamque humiliter oro, et obsecro ut et praeteritis erratis meis pro sua singulari clementia, et erga afflictos humanitate ignoscere, et deinceps de me, omnia boni clientis, et consanguinei officia sibi polliceri, et uti me nunc jam omnibus auxiliis destitutum, et in solum Deum, ac solam Majestatem V. projectum, ex mera sua regia gratia

liberum pronuntiare, ac conditioni meae Ducali restituere, (de quo immensas ac immortales S. M. V. ago atque habeo gratias), non fuit dedignata, ita in posterum eadem gratia ac benevolentia sua Regia prosequi ne dedignetur.

Ego autem posteaquam liber jam pronuntiatus, et conditioni meae Ducali a S. M. R. Vestra restitutus sum, polliceor bona fide, me ea omnia quae dico litteris etiam ac diplomatibus meis Ducalibus, hic Lublini, quoad opus fuerit testaturum, eademque iterum viva voce apud Serenissimum Daniae Regem uti foederatum S. M. V. intra praesentis anni spatium recogniturum, ac confirmaturum, ejusque recognitionis ac confirmationis meae litteras a S. M. ipsius testimoniales ad S. R. Majestatem V. intra ejusdem anni spatium missurum esse.

Haec autem omnia et singula suprascripta, et caetera, quaecunque at contestandum meum erga S. R. M. V. studium, et gratitudinem, pertinere unquam videbuntur, diligenter me semper esse, ac serio praestiturum, neque ab iis, quae hic verbo nuncupata sunt, ulla ratione aut colore quaesito, unquam discessurum, sub fide et honore Ducali, ac militari, atque adeo, sub onere conscientiae in vim juramenti publice, hoc loco in conspectu omnium Regni S. R. M. Vestrae ordinum, et quorumvis aliorum, sancte et inviolabiliter polliceor, spondeo, et promitto [1]).

VI.

Ejusdem Ducis Diploma, quo de superioribus dictis cavet.

In nomine Domini Amen. Cum magnopere deceat dicta principum virorum firma et immobilia esse, quaeque ab iis verbo nuncupata sunt, ea ipsa memoriam quam maxime habere

---

[1]) Patrz Dogiela T. V str. 279—280.

diuturnam, idcirco nos Christophorus, dux Megapolensis, princeps Vandalorum, Comes Suerenensis, ac dominus Rosthochii, Staragardiaeque, ad perpetuam rei memoriam, universis, ad quorum notitiam hae nostrae litterae pervenerint, notum facimus. Principio nos olim ex gratia et favore singulari Serenissimi principis et domini, domini S. Augusti, dei gratia etc. consanguinei, ac benefactoris nostri clementissimi, ad Coadjutoriam Archiepiscopatus Rigensis in Livonia, accedente consensu Reverendissimi in Christo patris et sublimissimi principis, ac domini Vilhelmi, Dei gratia Archiepiscopi Rigensis, Marchionis Brandeburgensis, Stetinensis, Pomeraniae, Cassuborum, Sclavorum Ducis, principis Rugiae, et Burgrabii Norymbergensis, consobrini praefati Serenissimi Domini S. Augusti, Dei gratia regis Poloniae pervenisse. Deinde autem ope atque praesidio ejusdem S. R. Majestatis, ex gravissima obsidione ac vinculis Illustrissimi et Reverendissimi Domini N. Firstembergii, quibus una cum Illustrissimo et Reverendissimo domino Archiepiscopo in Livonia tenebamur, liberatos fuisse: praeterea autem multa alia beneficia ab eadem S. R. M. recepisse, quorum apud me memoriam nulla in posterum delebit oblivio. Pro iis tamen Majestatis ipsius benefactis, cum aetas mea juvenilis in quorundam hominum non optima consilia incidisset, factum fuit imprudentia adolescentiae meae, ut a Majestate ipsius, quam omni meo obsequio colere debui, defecerim, neque ad Ericum XIV, Suecorum tunc regem, hostem M. ejus publicum, contulerim. Ex qua etiam ipsa re paulo post, summo et justo admodum judicio Dei, in manus et potestatem Majestatis ipsius, inque captivitatem perveneram: in qua annos fere sex versatus sum, desertus ab amicis, destitutus a propinquis, nudus ab omni prorsus auxilio, cum meo ipsius, tum omnium aliorum. Quo quidem ipso tempore non clauserat etiam Majestas ipsius a me solitam benignitatem suam. Nam me et in clementi admodum custodia per totum id tempus habuit, et rebus ad victum pertinentibus benigne cum omnibus meis providit, et spem

praeterea assidue fere ostendit gratiae atque clementiae suae regiae, quatenus ipsi per publicas regni, dominiorumque suorum rationes licitum fuisset. Ad extremum autem ut primum aliqua ex parte a tumultibus bellicis, quibus Majestas illius detinebatur, respirasset, ea libertate, cujus spem mihi toties ostendebat, ex mera sua gratia, et clementia Regia, me donavit, et conditioni meae Ducali, in qua olim fueram, integre restituit. Haec igitur omnia et multa praeterea alia considerans, cum in iis summam meam culpam, summam autem S. Majestatis ipsius gratiam atque clementiam agnoscerem, libenter feci, et ex animo, ut Majestatem illius supplex, sicuti decebat, adierim, ab eaque erratis, ac delictis meis omnibus, veniam petierim; gratias etiam immensas et immortales pro tantis beneficiis egerim; ad extremum autem et Archiepiscopatu Rigensi, ultro in gratiam Majestatis ipsius cesserim, et omni juri, quod forte super dictum Archiepiscopatum et capitulum habueram, renuntiaverim, et denique privilegia omnia eodem pertinentia, quae penes me tunc habui, Majestati ejus tradiderim. Quae quidem omnia et singula his etiam litteris facienda mihi esse existimo, ac primum quidem Majestatem ipsius per communem humanitatem, perque mutuam cum familia mea necessitudinem, et propriam ipsius Majestatis clementiam, humiliter oro et obsecro, ut et praeteritis erratis, ac delictis meis ignoscere, et in posterum de me omnia sibi boni clientis et consanguinei obsequia polliceri, mihique porro veterem suam gratiam et benevolentiam conservare ne dedignetur. Deinde autem S. R. Majestati ipsius immensas et immortales ago gratias, quod me et multis olim beneficiis immerentem affecerit, et nunc omnibus aliis auxiliis destitutum, et in solum Deum, ac solam Majestatem ipsius projectum, libertate donaverit, ac conditioni meae Ducali restituerit. Quod quidem ego beneficium, et nunc jam vere, atque ex animo profiteor, et quoad longissime vixero, lubens omni mea gratissima memoria, et omni debita, ac tanto beneficio digna praedicatione, ac omnibus denique bene nati, ac

bene instituti principis, studiis, et obsequiis perpetuo agnoscam. Non ero unquam nec consilio, nec verbo, nec facto, nec per me, nec per alium contra S. R. Majestatem ipsius, regnumve Poloniae, aut reliqua dominia, vel feuda, Majestati ejus quolibet subjecta. Nullas inimicitias cum Majestatis ejus amicis, inprimisque cum Serenissimis: Daniae, foederato, et Joanne Sueciae, affine Majestatis ejus, regibus exercebo, nullamque eorum dominiis significationem ullius hostilitatis dabo: sed eos pariter cum Majestate ejus, domino et benefactore meo, cumque omnibus Majestatis ipsius confoederatis, vassallis, servitoribus, et omnino cum omnibus Majestati ejus addictis, omni meo studio colam et observabo. Ad extremum autem Archiepiscopatu Rigensi, quem olim beneficio S. R. M. ejus obtinui, nunc jam sponte mea, in personam ejusdem Majestatis cedo, jurique, si quod unquam ad eum, aut ad capitulum Rigense habui, solenniter omni quo possum meliori modo, via et ratione, publice his litteris renuntio, perpetuo et in aevum. Itaque nec me nunc ad ea juris aliquid habere praetendo, nec deinceps habiturum unquam esse praetendam: omnes etiam et singulos, quorum forte fidem obstrictam in Livonia, et jurejurando obligatam habui, jurejurando illos solvo et libero, solutosque et liberatos pronuntio, perpetuo et in aevum. Inque harum rerum omnium signum et testimonium illustrius, privilegia et alia ad dictum Archiepiscopatum et capitulum Rigense pertinentia, quaecunque penes me habeo, Majestati ipsius regiae trado, et ultra ea quae trado, plura me non habere profiteor, et si forte postea haberem, nunquam me iis usurum, sed omnia ad Majestatem ipsius primo quoque tempore transmissurum esse bona fide polliceor. Polliceor etiam eadem fide, me ea omnia, quae his litteris sunt comprehensa, viva voce apud Serenissimum Daniae regem, uti foederatum S. Majestatis ipsius, intra praesentis anni spatium, iterum recogniturum, ac confirmaturum, ejusque recognitionis ac confirmationis meae litteras, a Serenitate ipsius testimoniales ad S. R. hanc Majestatem, intra ejusdem anni

spatium, missurum esse. Haec autem omnia et singula suprascripta, et caetera, quaecunque ad contestandum meum erga S. hanc R. Majestatem studium et gratitudinem pertinere unquam videbuntur, diligenter me esse ac serio praestiturum, neque ab iis ulla ratione aut colore quaesito unquam recessurum, sub fide et honore Ducali, ac militari, atque adeo sub onere conscientiae loco juramenti, uti nuper publice in conspectu omnium regni Poloniae ordinum, ita nunc his litteris meis, sancte et inviolabiliter polliceor, spondeo, et promitto. Quibus litteris manu mea subscripsi, et sigillum meum Ducale, apponi jussi, in fidem et testimonium praemissorum.

Dat. Lublini 19 Februarii [1]).

VII.

Sigismundus Augustus etc.

Ticinio.

Venerabilis devote nobis dilecte [2]).

Pochwaliamy w tim pilnoscz wasze, iz nam w thych rzeczach, ktore tam za czasem przypadają, znacz dawaczie, i sprawy nasze na pieczy maczie. A iz do tego iuz przyslo, ze Papagoda w więzieniu iesth iako z listhu waszego i advocathow rozumiemy, tedy tak jakosmy przedtim do was pisali, starayczie szie, aby tak wielka pogoda ku dochodzeniu na niem przi inszych facinora, ktore mu zarzuczaią, tez rozmaithych a znacznych krzywd nassych nie uplynęła to iesth zeby niedrzewiey [3]) albo wypusczon albo na gardlie karan byl,

---

[1]) Patrz w Dogielu, tom V, str. 281—282.

[2]) List niniejszy w języku polskim pisany, podajemy z zachowaniem pisowni owoczesnéj oryginału.

[3]) Nie prędzéj.

azby tez byl examinowan pilnie o tych rzeczach, ktore szie nas doticzą, a przinamniey, tak iako sami do nas piszeczie de expilata haereditate, gdyz thez nąm iednak znacz daią, ze mu iesth obiecta per accusatorem Don Fridericum falsitas testium corruptorum około srzebra. W czim wszystkiem sprawuiczie szie spolnym porozumieniem a radą advocathow nasych, My tez piszemy pilno Poslowi nasemu, do Hispaniei, aby szię, starał u Krolia J. M. o tho wsystko czo do niego Adyocaczi w rzeczach nasych pisali, repetuiącz mu tho wsystko, wedlia tego listhu, ktory do nas w tei mierze pisali advocaczi, i roskazuiącz mu, aby deinceps nie czekającz osobnego roskazania naszego, accomodowal szie zawzdy potrzebam naszem, ktore occurrunt, a o ktore Advocati do niego pisacz bendą. Item poszylamy wąm tez procuratorium mandatum ku postąpieniu imieniem naszem w they cauzie przeciw Papacodzie, tak iako nąm Adyocatzy pisali. Item posylamy i listh wierząci do Wicereia, kthorego exemplum kazalizmy wąm przepisacz. Piszemy tez i do Brancacego, o kthorem nąm Advocaczi othuchę daią, izby miał nąm w they causie przeciw Papacodzie niepomału pomocen bycz. Tak iz iuz niebaczymy nicz więczey czobyszczie sam od nas ad hanc causam Papacodianam, pro hac vice czekacz mieli. Czo szię tice causy z kroliewiczem Węgierskiem, posylamy do rąk wasych listh wierzączy in personam D. T. do Papieza, wedlia zdania Advocatow nasych ad effectum, zeby ta causa, iesliby praeter mentem nostram sła przed się, i mocz brała, mogla bycz za tim per suam beatitudinem impedita. Czosczie tez do nas przed tim pisali de conatibus Camilli de Rossis, iz się bierze na zeznanie X. Biskupa Poznan. i doct. Fugelvedra, iako nam sluzil, y iako wielie utraczil na sluzbie nasey, mamy iuz w ręku zeznanie tich obudwu in forma authentica, ktore posłalibyszmy wąm byli i teraz, lecz propter incertos casus itinerum, zadzierzelismy się pro hac vice. Chczącz to interim od was wiedziecz, iesli te testimonia vim aliquam habere istic poterunt, iz sie to nie staly na remissoria tamztąd, ale tak zgola. A przeto iesliby byli valida poszliemy ie bez mieska-

nia. Iesli nie, tedy wy tam tak temu istemu [1]) de Rossis przyciskaicie i ktemu rzecz wiedzcie, iakoby szie sam bral na te szwiatki, i sam proszil o remissoria tu a my bez mieskania odprawicz tho kazemy, ostatek wierze i pilnosczy wasey pospolu z Collegą waszem, zlieczamy. Daią nam tez Advocatzi znacz o impudentiei iakiegoz Cipriana Vacki, kupcza, ktory nie służącz nam iako ziw, bosmy go w tim nigdy nieuziwali, upomina szie od nas czegosz. A tak opatrzcie to tam tak, iakoby szie czi tam ludzie chcziwi a przewrotni na nas nie targali.

Dat. Lublini die XV Martii Anno Domini MDLXIX.

VIII.

Sigismundus Augustus etc.

Pontifici Maximo [2]).

Beatissime pater etc. Commisi Venerabili Georgio Ticinio, Agenti meo, ut is nonnulla ad Sanctitatem vestram nomine meo in negotio Serenissimi nepotis mei, electi Ungariae Regis referat. Peto autem a S. V. etiam atque etiam, ut verbis ipsius fidem habeat, et ad ea, quae ex sermone ejus intellexerit, gratiam et benevolentiam suam paternam adjungat. Commendo me et regnum dominiaque mea.

Dat. ut supra.

---

[1]) Isty użyty jest tu zamiast iściec, to jest powód, oskarżyciel.
[2]) Papież Pius V.

IX.

Sigismundus Augustus etc.

Camillo Brancatio [1]).

Magnifice s. n. dilecte. Quod nobis saepenumero, et coram, et per litteras suas S. Vestra detulit, quodque nos etiam de illa nobis, freti optimo ipsius erga nos animo pollicebamur, ejus hoc tempore praestandi tantam occasionem nactam esse videtur S. V., quantam maximam aut sperare unquam potuit, aut etiam optare. Videt enim S. V., quam sit hoc tempore fractus adversarius, quam illius rationes omnes debilitatae, ita sane ut paulo momento ad extremum adduci posse videantur. Non dubitamus S. Vestram occasioni defuturam non esse, pro sua constanti erga nos voluntate. Nos quidem quo majus S. Vestrae erga nos studium in eo prospexerimus, hoc magis dabimus operam, ut ejus officii sui fructus ferat gratiae et benevolentiae nostrae uberes, atque copiosos.

Dat. Lublini XV Martii Anno domini MDLXIX.

X.

Sigismundus Augustus etc.

Neapoli Advocatis [2]).

Generosi fideles dilecti. Probatur nobis studium S. Vestra-

---

[1]) Kamil Brancazo, Sekretarz i agent Zygmunta Augusta.

[2]) Stanisław Stempowski herbu Junosza, Kanonik Kujawski i ksiądz Jerzy Ticini, wysłani byli jako agenci do Neapolu, na miejsce Pawła Stempowskiego, który tamże umarł w 1568 roku.

rum in perferendis ad nos rebus iis, quae istic in negotiis nostris fiunt et geruntur, et denique in suppeditandis nobis consiliis, ad faciliorem et expeditiorem eorum explicationem. Equidem mittimus ad S. Vestras in manus Agentium nostrorum primum litteras mandati et plenipotentiae nostrae cum facultate contra adversarium procedendi, eique actionem, et nomine nostro intentandi, deinde quoque ad Illustrem Viceregem, ad Camillum Brancatium, litteras, cum exemplis earum; ut iis litteris S. Vestrae cum agentibus nostris commode uti possint, in hac tanta opportunitate rerum gerendarum, quantam nobis, capto ac in vincula conjecto adversario, divinitus oblatam esse interpretamur. Scribimus autem praeterea quoque admodum diligenter oratori nostro in Hispaniis, ut secundum ea, quae S. Vestrae ad nos scribunt, det operam, ut negotium ipsum per S. ejus apud Serenissimum Regem illum promoveatur, omni studio et diligentia adhibita: utque deinceps omnibus in rebus, quas ex S. Vestrarum litteris intellexerit, praestet nobis vigilantiam suam, non expectatis etiam specialibus litteris nostris, quibus expectandis. occasio rerum bene gerendarum amitti saepe possit. In negotio Transylvanico fecimus etiam, quod Sinceritatibus Vestris visum fuit, litterasque fidei ad S. D. nostrum nomine nostro scriptas, in manus Venerabilis Ticinii mittimus. Quae sane omnia cum jam fecerimus, non videmus, quid praeterea a nobis hoc tempore requiratur. Caetera ex Agentibus ipsis nostris S. Vestrae cognoscent. Exemplum supplicationis, quod S. D. nostro in negotio nostro reddiderant, etsi se id mittere S. Vestrae significant, hactenus non habuimus. Quod superest, Cipriani istius Vaccae impudentiam demiramur, qui tam apertis calumniis agendum sibi esse nobiscum existimet: quem ut S. Vestrae omni qua possunt ratione, summoveant, volumus et mandamus.

Dat. ut supra.

XI.

Sigismundus Augustus etc.

P. Barzemu [1]).

Illustris et Magnifice s. n. dilicte. Iż rzeczy nasze, któreśmy w. m. poruczyli, tak leniwo idą, z wielkim sumptem naszym, każdy to rozumieć może, iż taka zwłoka podobać się nam nie może. I téż jest, cośmy po te czasy listy swymi znać dawali, napominając w. m., jakoż i teraz napominamy, abyś w. m. ze wszelaką pilnością starał się o koniec w tych rzeczach, a o rezolucyą jaką dobrą ze strony naszéj. Niewątpimy, iż się tak w. m. w téj mierze zachowasz, jako przystoi Radzie i posłowi naszemu, co my w. m. łaską naszą nagradzać będziemy. Teraz mamy za to, że w. m. wiesz, iż Papacoda zbrodzień w Neapolim wsadzon jest, i postępują przeciw niemu in aliis causis criminaliter. Niezda się adwokatom naszym opuszczać téj okazyi, etiam nostras adversus eum injurias persequendas. I piszą nam, abyśmy do w. m. o expedycyą niektórych rzeczy z tego tam dworu do téj kauzy potrzebnéj pisali, o którą expedycyą, acz wiemy że też sami do w. m. pisali, wszakoż i my, wyjąwszy tę particulam listu ich, posyłamy kopią do w. m., abyś się w. m. wedle tego zachował, a o to wszystko się starał, i im albo X. Ticzinowi, Agentowi naszemu posłał, i o wszystkiém szeroce znać dał. A napotém, nie-

---

[1]) Piotr Barzy herbu Korczak, Kasztelan Przemyślski, Starosta Lwowski, w roku 1555 był posłany do Szwerynu, gdzie odbywał się ślub Jana Albrychta X. Meklemburgskiego z Anną Zofią, córką Albrychta X. Pruskiego, z pierwszéj żony królewny Duńskiéj; używany przez Króla Zygmunta Augusta do różnych posług w kraju i za granicą, wyprawiony był nakoniec jako poseł do Hiszpanii, w sprawie o sukcessyę Bari, gdzie wkrótce życie zakończył.

UNIWERSYTET OPOLSKI BIBLIOTEKA GŁÓWNA
384097

czekając osobnego rozkazania naszego, wszystkie rzeczy, o które Adwokaci albo Agenci nasi do w. m. pisać będą, miéj w. m. na takiéj pieczy, jako się godzi mieć rzeczy i sprawy nasze, akomodując się pisaniu ich i potrzebie samćj. Bo gdzieby się od nas zawzdy czekać miały specialia mandata, elaberentur tym obyczajem mille occasiones rerum bene gerendarum. Co my wszystko wierze i pilności w. m. zlecamy. Dat. Lublini.

XII.

Sigismundus Augustus etc.

Proregi Neapolitano [1])

Illustrissimo priucipi Domino.

Illustrissime princeps domine, amice charissime. Dedimus negotium Venerabili Georgio Ticinio et Generoso Stanislao Stempowski, Agentibus istic nostris, ut nonnullis de rebus Illustritatem V. meo nomine alloquantur. Quod quidem cum faciant, postulamus ab Illustritate Vestra, ut verbis eorum fidem habeat, et in iis negotiis acquitatem et benevolentiam suam nobis praestet. Erit id nobis ab Illustritate V. quam gratissimum. Bene valere Illustritatem V. cupimus. Dat. Lublini.

XIII.

Sigismundus Augustus etc.

Caesareae Majestati, Serenissimo et Excellentissimo.

Serenissime etc. . . . Accepimus proxime litteras Majestatis V. pro Gregorio Gastgeb, cive Viennensi, ad nos datas, ad

---

[1]) Perafano de Ribera, Książe Alcala.

quas Majestati V. ita respondemus. Equidem uti caesaream ipsam Majestatem V. fraterne amamus, amarique nos ab ea fraterne existimamus, ita sedulo damus operam, ut subditi omnes M. V. propensam nostram erga se voluntatem, in negotiis suis experiantur semper et cognoscant. Gregorius Gastgeb, superioribus mensibus servitori et subdito nostro, nobili Sebastiano Montelupi, ad nos ex Italia redeunti, Viennae diem dixit, eumque istic cum omnibus rebus pignoratum in foro alieno invitum respondere, ac deinde sponsores ad prosequendam eandem actionem constituere coëgit, contra rationem pactorum et foederum communium nostrorum, quorum a magistratu Viennensi nullam habitam fuisse rationem, magnopere nunc etiam demiramur. Factum est igitur, cum ita indigne servitor et subditus noster, ab hoc subdito Majestatis Vestrae, tractatus esset, ut ipse quoque vicissim ceram subditi hujus Majestatis Vestrae Cracoviae pignoraverit, deque ea judicium magistratus nostri suscipere cum coëgerit. Quae causa cum deinde ad nos per appellationem devoluta esset, etsi magnam causam habere videbamur durius aliquid adversus Gregorium pronuntiandi, qui subditum et servitorem nostrum, contra pacta regni nostri cum Majestate Vestra, ad forum incompetens trahere ausus fuerit, memores tamen perpetuae nostrae erga Majestatem Vestram benevolentiae, decrevimus ut Gregorius quidem Gastgeb, qui prior subditum et servitorem nostrum in aliena jurisditione pignoravit, ante omnia pignorationem hanc et actionem, adversus eum extra forum ipsius institutam, tollat et relaxet, sponsoresque et fidejussores ipsius liberos pronuntiet, ac tum demum pignoratio quoque vicissim cerae suae, per subditum nostrum Cracoviae facta, tollatur et relaxetur.

Nunc ex actis Magistratus nostri Urbani Cracoviensis intelligimus, decreto huic nosto per Gregorium satisfactum non esse, et nec pignorationem ipsam Viennae factam, nec actionem Sebastiano extra forum ipsius intentatam, legitime interemptam esse, sicuti oportuit, sed verbis tantum nudis a Gre-

gorio eludi, tum subditum nostrum, tum judicium Cracoviense, cui executio memorati decreti nostri incumbit. Quae res quod et decreto nostro, et pactis communibus, et mutuae nostrae, ac fraternae cum Majestate Vestra benevolentiae adversetur, postulamus a Majestate Vestra, ut subditum hunc suum ad officium revocet, et rei per nos indicatae satisfacere auctoritate sua compellat. Nos autem, ut primum id factum fuerit, curabimus, ut pignoratio cerae suae sine mora relaxetur. Hoc enim damus operam, ut omnibus in rebus fraternum nostrum amorem Majestati Vestrae declaremus: quem etiam nunc Majestati Vestrae commendatum esse magnopere cupimus.

Dat. 15 Martii.

XIV.

Litterae Universales missae, sed ab Advocatis non exhibitae.

Sigismundus Augustus etc.

Significamus per praesentes nostras, quorum interest, universis. Quia nos revocantes ad animum multas et varias injurias, quibus a multo jam tempore indigne afficimur a Joanne Laurentio Papacoda, tam in haereditate nostra materna, quam aliis in rebus, nomen et dignitatem nostram familiaeque nostrae regiae concernentibus: commisimus praesentibusque litteris mandati et plenipotentiae nostrae committimus Venerabili Georgio Ticinio, et nobili Stanislao Stempowski, agentibus nostris, eosque in veros et indubitatos ac legitimos procuratores, ac plenipotentes nostros, omni meliori modo, stylo, via, ratione, ac forma constituimus, facimus, creamus et deputamus absentes tanquam praesentes, cum libera et omnimoda potestate, tam contra eundem Papacodam, quam ejus

complices, nomine nostro comparendi, instandi, agendi, procedendi, excipiendi, replicandi, litem contestandi, terminos et dilationem petendi, et recipiendi, intentiones, positiones et capitula faciendi, et formandi, et adversae partis intentionibus, positionibus, et capitulis respondendi, testes, instrumenta, et jura quaelibet, et quaelibet probationum genera inducendi, producendi et allegandi, in causa denique concludendi, sententiam audiendi, et ab ea, et quolibet gravamine, quoad expedierit, appellandi, et caetera ejusmodi faciendi usque ad finem litis et causae, et generaliter omnia et singula alia faciendi, procurandi, gerendi, et exercendi, in praedictis et circa praedicta necessaria, consueta, requisita, et opportuna, cum potestate substituendi unum vel plures procuratores, cum simili vel limitata potestate, et rursus eosdem revocandi. Promittimus autem ea omnia, quaecumque per eosdem superius nominatos agentes, et procuratores nostros, et substituendos ab eis ad agendum contra Joannem Laurentium Papacodam, et ejus complices legitime gesta, transacta, dicta, factave erunt, nos rata et firma habituros, atque ea in toto, et in omnibus punctis et clausulis eorum firmiter servaturos esse. In cujus rei fidem et testimonium, praesens mandatum manu nostra subscripsimus, et sigillo nostro communi mandavimus.

Dat. Lublini XV mensis Martii Anno Domini MDLXIX.

XV.

Instructio posterior Sacrae Regiae Majestatis, data internuntiis in Daniam antea ablegatis. Die XVII Martii Anno domini MDLXIX [1]).

Quod ex litteris internuntiorum suorum sacra regia Majestas intellexit de rumoribus, qui maritimam illam regionem

---

[1]) Instrukcya dana posłom Janowi Dymitrowi Solikowskiemu

perflare dicuntur, de pace inter Serenissimos Daniae et Sueciae reges facta jam et conclusa, id ipsum aliunde quoque ad Majestatem ejus est perlatum. Etsi autem sacra illius regia Majestas nihil optabilius habet pace, atque concordia regum, ac regnorum christianorum eorum praesertim regum, qui Majestati illius, vel vicinitate, vel foedere, vel affinitate, vel aliis denique necessitudinum vinculis, sunt conjuncti, maxime, cum ejus pacis atque concordiae inter principes Christianos constituendae gratia, nullos unquam labores, nullos sumptus, nullas difficultates, videtur Majestas illius refugisse: tamen in hac quidem Danica et Suedica pacificatione, quae a multis pro certa jam affirmatur, dum secum omnia mente ac cogitatione sacra illius regia Majestas repetit, nulla ratione persuaderi potest, eam aut jam confectam, aut iis, quibus circumfertur conditionibus, confectam esse.

Principio, quod ratio quidem pactorum ac foederum Majestatis suae cum Serenissimo Daniae rege recentium, aperte id semel atque iterum, verbis admodum disertis praescribere videtur, ut ne alteri Majestatum suarum, altera vel inscia, vel invita, liceat ad ullam cum rege Suecorum pacificationem descendere, uti totum hoc ex exemplo pactorum ipsorum, littera A notato, internuntii cognoscent.

Deinde, quod ipsae quoque complures Serenissimi regis Daniae, ad sacram regiam hanc Majestatem per id tempus scriptae, ac missae litterae, eam non dubiam spem Majestati illius facere videbantur, Serenissimam Majestatem ejus, memorem pactorum ac foederum, cum Majestate ipsius communium, nullam unquam pacificationem cum Suecorum Rege, inconsulta Majestate ipsius, esse aggressuram.

Postremo, quod cum ante aliquot annos Sacra Regia haec Majestas seorsum sollicitata fuisset a Suecorum Rege, qui

---

herbu Bończa, (późniéjszemu Arcybiskupowi Lwowskiemu) i Piotrowi Kloczewskiemu; Staroście Małgoskiemu.

nunc in vinculis detineri dicitur, ad pacem secum privatim constituendam, etsi offerebantur tunc Majestati illius conditiones ad eam rem non contemnendae, tamen et conditiones has, et caetera omnia in contrarium libenter admodum Majestas illius posthabuit, et suae fidei, et pactorum ac foederum cum Serenissimo Daniae rege communium religioni. Quin potius, cum aperte apud internuntios suedicos professa esset, nullas sibi unquam pacis cum Sueco rationes, nisi easdem cum Serenissimo Danorum rege communes futuras esse, cum eoque responso legatos ipsos dimisisset, tum e vestigio, deinde ad Serenissimum Daniae regem cum litteris misit, qui haec, quae facta essent, Serenitati ejus nuntiarent. Quod ipsum sane tanti Majestas haec regia apud Serenissimum Danorum regem fore existimavit, ut si Serenitas illius, nulla, quod absit, nec pactorum communium, nec denique litterarum ac promissorum suorum religione moveretur, exemplo saltem Majestatis illius accensa, idem aliquando imitari non dubitaret.

His igitur rationibus Majestas haec regia persuasa, adduci non potest, ut credat, pacificationem hanc, sic, uti dicitur, confectam, et conclusam esse. Illud fieri potuisse existimat, ut si quid in hoc genere factum, aut tractatum est, id omne non aliter quam secundum rationes et conditiones pactorum, ac foederum conclusum, et totum praeterea ratihabitioni quoque Majestatis illius reservatum existat, idque ea potissimum de causa factum et tractatum sit, quod jam non cum Erico XIV, adversus quem pacta inita fuerant, sed cum Serenissimo rege Joanne, affine Majestatis ejus, negotium hoc vertatur. Quod si ita sit, ut hac ratione pax confecta fuerit, non admodum moleste id ferret Majestas regia, modo omnia ex praescripto pactorum recentium confecta, et dignitatis Majestatis regiae, atque commodorum subditorum et ditionum Majestatis ejus justa ratio habita esse videatur. Qua quidem in re quicquid est, certius istic cum venerint internuntii Majestatis illius, cognoscent.

Nunc quidem cum Majestas ejus regia in hoc genere non modo comperti nihil habeat, sed etiam ex dictis rationibus animum suum moventibus, diversum opinetur ab eo, quod vulgo de hac pacificatione circumfertur, idcirco non plane habet, quod internuntiis suis interea certo atque nominatim faciendum praescribat, sed cogitur, deliberatione sua ad illarum rerum eventum accommodata, conditionaliter in hoc genere sententiam atque voluntatem suam explicare.

Aut igitur internuntii Majestatis ejus rem adhuc prorsus integram, nec ullis novis inter Serenissimos Daniae et Sueciae reges, praeter voluntatem et assensum Majestatis suae, transactionibus perturbatam invenient; tunc quoniam Erico XIV, qui omnium eorum tumultuum bellicorum causa fuit, imperium in Suecia abrogatum, et ad Serenissimum dominum Ioannem Finlandiae ducem, affinem Sacrae Majestatis ejus delatum esse dicitur, agent diligenter, primum, ut de induciis secundum priorem instructionem constituant, quibus durantibus legatio a Serenissimo domino Joanne, Suecorum rege moderno, ad Serenissimum Danorum regem mitti possit, ad controversias, si quae sint, componendas, et ad pacem ac amicitiam mutuam stabiliendam.

Quae legatio si forte istuc interea a Serenissimo Suecorum rege venerit, adjuvabitur studio et opera internuntiorum Sacrae regiae hujus Majestatis secundum ea, quae sunt pactis recentioribus inter Regias hujus et Danorum Majestates constituta.

Aut vero de pacificatione ipsa quidem actum jam aliquid et tractatum esse internuntii Majestatis hujus Regiae deprehendent, sed actum tamen sic, ut neque a formula pactorum recentium quicquam discessum, et omnium rerum conclusio, ac manus suprema, ratihabitioni quoque Majestatis hujus Regiae sit relicta, tunc quidem Internuntii Majestatis hujus Regiae inspectis diligenter quinque conditionibus, ex parte Majestatis hujus, in formula ipsa pactorum cum Serenissimo Daniae Rege, Stralsundi, per Commissarios Majestatis ejus lucu-

lenter expressis, iisdem illis conditionibus pacificationem totam ex parte Regiae hujus Majestatis urgebunt, et ad effectum deducere studebunt—: ut ne quid videlicet eorum omittatur, quae ad resarciendas injurias per Suecorum Regem Ericum XIV Regiae huic Majestati vel subditis, ac vassallis, et amicis denique ipsius illatas pertinere quoquomodo videantur. Quod si quid ex parte Serenissimi Danorum Regis de conditionibus, nomine Serenitatis ipsius ibidem propositis et expressis, remissum esse animadverterint, poterunt ipsi quoque de rigore conditionum, nomine Regiae hujus Majestatis latarum, nonnihil remittere ad eum modum, quem ex his, quae in charta, notata littera *B*, ad eos mittuntur, perspicient et cognoscent. Caput autem eorum omnium illud esse, meminerint, ut si quae in his rebus gravior deliberatio emerserit, ea tota Majestatis Regiae arbitrio reservetur; de eaque ad Majestatem ejus sine mora referatur, ut pax et concordia, res una, omnium maxime salutaris, quam securissime confici, ac componi posset.

Aut denique postremo comperient Internuntii Regiae hujus Majestatis, pacem illam omino conclusam jam et confectam, nec quicquam in ea, ratihabitioni Majestati ipsius reservatum esse. Tum vero, quoniam pax ejusmodi inscia Majestate ipsius est confecta, serio cum Serenissimo Danorum Rege, expostulabunt nomine Majestatis ejus: revocataque omni oratione sua, ad ea capita, quae initio Instructionis istius proposita sunt, mirari se ostendent Serenitatem ipsius in hoc genere ad alias rationes descendere voluisse quam, quae, vel pactis ac conventis communibus, vel promissis Serenitatis ejus, ac pollicitis comprehenderentur. Quod cum ita sit, mirum non esse futurum dicent, si ipsa etiam Regia haec Majestas, tam apertam Serenitatis ejus a pactis communibus discessionem intuens, cum sibi ea, quae dicta, pacta, ac conventa essent, per Serenitatem ipsius servata non sint, ipsa quoque necessario ad alia consilia descendat, nec vicissim Serenissimo Daniae Regi ea servet, quae alioqui fide pactorum commu-

nium, manente integra libenter erat Serenitati ipsius servatura.

Itaque et de his quidem omnibus rebus, quae adversus pacta communia facta sunt, ante omnia aperte ac legitime protestabuntur, et deinde cum de traditione Pernoviae admoniti fuerint, de qua per legatum suum Serenissimus Daniae Rex, cum Regia hac Majestate egerat, ostendent, et se quidem de ratione ejus tradendae, mandata Majestatis ipsius aperta ac perspicua habuisse, et nunc tamen immatura ista, et praeter scientiam ac voluntatem Majestatis ejus facta pacificatione, integrum sibi non esse, ad ullas de tradenda ea conditiones descendere, cum videant rationem pactorum communium per Serenitatem ipsius magna ex parte convulsam et labefactatam esse. Itaque, rebus sic stantibus, omnem earum rerum tractationem, ad aliud tempus rejicere se non dissimulanter profitebuntur.

Sin autem de hac pacificatione Suedica, omnia istic ex animi Regiae Majestatis sententia repererint Internuntii apud Serenissimum Danorum Regem, tunc et in his quidem omnibus tam de pacificatione ipsa, quam de Pernovia tradenda gerent se juxta praescriptum instructionis sibi datae, et denique, quoniam pacta haec recentia adversus Ericum duntaxat decimum quartum Suecorum Regem inita, abrogatione ejus Imperii finem suum sunt sortita: exstent autem praeterea in Archivo S. R. Majestatis alia pacta vetera inter Regna Poloniae et Daniae, antiquitus, ad perpetuam omnium temporum memoriam, et observationem constituta, quorum ipsorum pactorum exempla sub littera *C.* Internuntii accipient; dabunt operam, ut: quemadmodum haec ista pacta vetera, in confirmatione pactorum ipsorum recentium, (cujus etiam confirmationis exemplum sub littera *D.* Internuntiis mittitur) Sacra haec Regia Majestas excepit, cum diceret, se haec recentia non aliter quam salvis ac integris pactis veteribus tueri velle et amplecti, ita nunc jam eadem haec ista pacta vetera per Serenissimum Danorum Regem renoventur, ac confir-

mentur, temporibus perpetuis duratura. Quod ipsum Regia haec Majestas faciet vicissim non invita.

Cum enim haec pacta vetera illis temporibus videantur inter Danos et Polonos esse constituta, quibus temporibus vires atque opes duorum istorum regnorum alterae alteris magno ad bene rem gerendam praesidio fuerunt, ad ràtiones sane utriusque regni istius magnopere pertinere Regia haec Majestas existimat, ea nunc etiam istis temporibus difficilibus, et admodum perturbatis firmiter observari.

Illud nequaquam Internuntii praetermittent quicquid tandem, et in quamcunque tandem partem de pacificatione ista factum ac constitutum fuisse repererint, quominus apud Serenissimum Danorum Regem diligenter ea primum pericula exponant, quae procul dubio licentiam concessae semel Narvicae navigationis, de qua toties cum Serenitate ipsius nomine Majestatis hujus agitur, consequentur, secundum ea, quae in Instructione superiore quam secum discedentes hinc tulerunt praescripta habent. Revera enim multa atque magna pericula ex ea imminent tum Daniae, Poloniaeque regnis, tum omnibus in universum Christianorum provinciis, si ea diutius patuerit, cum per eam navigationem hostis omnium communis, non solum armis, telis, viris juvetur, et quidem viris ad fabricanda arma, tela, et ad omnem militarem artem in illis regionibus exercendam et tradendam idoneis, quibus omnibus, barbaria illa, in qua ille tyrannidem occupat, hactenus caruit, — verum etiam conscius fit et particeps omnium consiliorum, quae inter Reges et Principes, Respublicas et Civitates Christianorum agitantur.

His igitur periculis expositis, admonebunt fraterne nomine Majestatis hujus Regiae Serenissimum Danorum Regem, ut quantum possit, navigationem hanc ejusmodi, tam et suo, et Polonico, et omnibus Christianis Regnis incommodam, non solum ne permittat, sed etiam omnibus viribus prohibeat.

Cum enim ea navigatio antiquis pactis, de quibus proxime dictum est, vehementer sit contraria, propterea quod por-

tubus, et emporiis, plerisque Regiae Majestatis multum incommodet, pacta autem ipsa vetera portuum, et emporiorum, communium jura, libertatem, dignitatem, et commoda omnia magnopere tueantur, profecto aequum est, et ad rationem pactorum istorum quam accommodatissimum, hanc navigationem novam, insolitam, perniciosam, communibus viribus inhiberi.

In quo non est sane, quod quis libertatem istam portuum communium, quam vetera pacta tuentur, ad licentiam istam Narvicae navigationis velit extendere. Liquido enim constat ex verbis ipsis, et sententia pactorum veterum, eam libertatem amplius quam ad portus et emporia solis Polonis et Danis communia extendi non debere, nec ad ullos portus extraneos ulla ratione trahi posse, multo minus ad portum Narvicum, qui extraneus, qui Principi barbaro subjectus, qui Polonico, qui Danico Regno atque Imperio, qui omnibus Christianorum Dominiis, non suspectus solum, sed etiam perniciosus, et propterea legibus maritimarum omnium et Anseatiaticarum Civitatum severissime prohibitus existit.

Non est etiam, quod huic Narvicae navigationi foedus Moscoviticum, ex parte Serenissimi Regis Daniae, ulla ratione opponatur, cum enim id foedus cum Duce Moscorum eatenus in pactis recentioribus, nomine Serenissimi Daniae Regis exceptum sit, quatenus id, citra cujusquam injuriam et periculum fuerit—: constet autem ex hac Narvica navigatione, quae per speciem foederis istius Moscovitici defenditur, magna pericula, tum Sacrae hujus Regiae Majestati, tum aliis etiam plerisque Christianorum ditionibus, inprimisque universae isti orae Balticae impendere: quod Moscus occupato semel maris dominio, sine dubio omnes vires, omnemque potentiam suam, satis alioquin terrae formidabilem, ad omnem omnium libertatem opprimendam, et ad evertenda servitutique suae subjicienda Christianorum Regna atque Imperia convertet,—: profecto id, quod cum tanta et Regiae hujus M. et aliorum multorum injuria, damnoque et dedecore intolle-

rabili est conjunctum non modo foederis specie defendi non debet, verum etiam verbis ipsis, et ratione foederis ipsius manifesto evertitur. Sic enim habent pactorum verba.

Est etiam hic nomine Serenissimae Regiae Daniae M. expresse facta plenaria declaratio, non debere hanc belli societatem initam intelligi contra Imperatoriam Regiamque Romanorum Majestates ac Sacrum Imperium Germanicae nationis, ita similiter neque contra Serenissimas Regias Hispaniarum, Galliarum, Angliae, Schoticaeque Majestates, tum et neque contra Moscorum Ducem, cum quo ejus Regiae Daniae Majestati pax intercedit, cum nullius injuria aut periculo conjuncta.

XVI.

Sigismundus Augustus Rex etc.

Lucae Podoscio [1]).

Venerabilis devote nobis dilecte. Scripserat ad nos proxime Caesarea Majestas pro subdito suo Gregorio Gastgeb, Cive Viennensi, secundum ea, quae ex mala ejusdem Gregorii narratione acceperat, itaque faciendum nobis esse existimavimus, ut rem totam, uti esset, pluribus verbis hoc tempore ad Majestatem ejus perscribamus. Quas litteras cum exemplo illarum D. tuae mittimus. Volumus autem ut D. tua primo quoque tempore reddat eas litteras Majestati ejus, earumque litterarum sermonem sermone suo apud Majestatem ejus diligenter subsequatur, ut intelligat Majestas ipsius, et subditi ac servitoris nostri, nobilis Sebastiani Montelupi, de quo Gre-

---

[1]) Łukasz Podoski, Proboszcz Gnieźnieński, Kanonik Krakowski, poseł Zygmunta Augusta na Dworze Cesarskim, po Franciszku Krasińskim, który został Podkanclerzym Koronnym.

gorius queritur, innocentiam, et nostram tum erga se fraternam charitatem, tum erga subditos suos non solum aequitatem, sed etiam gratiam et benevolentiam singularem.

Dat. Lublini XVIII Martii.

XVII.

Sigismundus Augustus etc.

Electori Saxoniae [1]).

Illustrissime etc.

Expositum est nobis ex parte nobilium Bernardi et Caroli Soderinorum, servitorum nostrorum et mercatorum Cracoviensium, interceptas fuisse proxime in territorio Lipsensi, et agro Waisenfelcz, quae sunt ditionis Illustritatis Vestrae, nonnullas merces eorum sericeas tribus curribus impositas, et NurimbergaPosnaniam venientes: universasne autem merces, an bonam illarum partem interceptam fuisse, de eo nondum nobis plene fides fieri potuit. Quoniam tamen constat impetum in vectores Soderinorum per grassatores illos, et praedones esse factum, manus etiam in merces eorum violenter injectas, et rerum, quae vehebantur, aut totum, aut magnam partem raptam esse, idque adeo in ditione Illustritatis Vestrae contigisse, magnopere supplicatum est nobis, ut quidquid factum esset, id ad Illustritatem Vestram perscribere, ab eaque remedium earum rerum celerrimum postulare dignaremur. Quare cum nobis commoda omnia subditorum nostrorum curae esse debeant, inter caeteros autem cum praeterea Soderinorum, uti servitorum nostrorum, opera libenter admodum utamur, omnibusque eorum rationibus bene cupiamus, ab Illu-

---

[1]) August I zwany *Pobożny*, Elektor Saski 1553—1586.

stritate Vestra amanter petimus, perficiat diligentia et officio magistratuum suorum, ut ne quid Soderini, servitores nostri, ex hac impressione praedonum et grassatorum, quae in ditione Illustritatis Vestrae in tanta bona facta est, detrimenti capiant. Periniquum enim fuerit, cum illi nec in vectigalia, nec in ulla Illustritatis Vestrae portoria quicquam admiserint, et cum nos etiam omnibus Illustritatis Vestrae et caeterorum principum imperii subditis, tutos per regnum nostrum et securos transitus ac commeationes praestemus, damna ulla inferri subditis ac servitoribus nostris in ditione Illustritatis Vestrae. Quam rem quidem uti diligentissime Illustritati Vestrae commendamus, ita sane magnae curae Illustritati Vestrae fore, minime dubitamus. Erit id nobis ab Illustritate Vestra gratissimum. Bene valere Illustritatem Vestram cupimus.

Dat. XXV Martii.

XVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Alexandrino.

Reverendissime in Christo pater, amice noster charissime.

Facta est spes Magnifico Camillo Lambertino Bononiensi a S. Sede Apostolica, ad intercessionem nostram, de quadraginta juratu Bononiensi, cum primum locus vacans factus fuisset. Eam rem nos cum gratissimo animo a sede ista accepissemus, ejusque curam Venerabili Georgio Ticinio, Agenti nostro commisissemus, factum est, ut negotiis nostris ita ferentibus Agentem hunc nostrum Neapolim discedere oportuerit. Quoniam autem veremur, ne interea dum is abiit, vacatio quadraginta juratus occurrat, a P. vestra petimus, ut Camillum hunc Lambertinum favore et patrocinio suo prosequatur,

et vacatione ejusmodi occurrente, S. Domino nostro in memoriam revocet id, quod in gratiam nostram Lambertino concessum exstitit: ut tandem homo nobis de meliore vita commendatus, fructum ferat commendationis nostrae, et eorum promissorum, quae ad commendationem nostram a S. Sede Apostolica jam pridem fuit consecutus. Erit id nobis a P. vestra gratissimum, quam bene valere cupimus.

Dat. Lublini I Aprilis MDLXIX.

XIX.

Sigismundus Augustus etc.

Antonio Latertiano [1]).

Magnifice fidelis dilecte. Redditae sunt nobis complures F. tuae littérae, in quibus supplicat se quamprimum in Poloniam per nos istinc revocari, negotiorum quorundam nostrorum causa. Quamobrem supplicationi ipsius consentientes, permittimus F. tuae, ut istinc decedat, et ad nos veniat.

Dat. Lublini V Aprilis, Anno Domini MDLXIX.

XX.

Sigismundus Augustus etc.

Ticinio.

Venerabilis d. n. dilecte. Z łaską tę pilność waszą przyjmujemy, którą z listów waszych i z pisania waszego baczymy. Lecz nam to przydziwniejszém, iż tam z Hiszpaniej jako nam

---

[1]) Antoni Laterciani, Sekretarz i Agent Zygmunta Augusta.

piszecie, tak długo téj rezolucyi i innych potrzebnych rzeczy czekacie ku téj sprawie naszéj przeciw Papagodzie, gdyż tam na ten czas i poseł i agent i wiele inszych sług naszych jest. Ztąd od nas nie baczymy czegobyście daléj czekać mieli, gdyż to, o coście do nas z Adwokaty w téj mierze pisali, już się wam posłało, to jest plenipotentia ad hanc causam. Potém téż, gdzie co będzie potrzeba, nic niemieszkając, posyłać zawzdy rozkażemy, jedno wy tam pogody téj nie opuszczajcie, która się teraz otworzyła, a nam o wszystkiém znać dawajcie. Tego téż negotium z Kamillem de Russis nie zaniechywajcie, i owszem co rychléj je odprawujcie, w którém negotium respondowaliśmy już temi czasy przed X. Legatem i X. Biskupem Poznańskim, jako to tam z listów ich zrozumiecie, pospołu i z Adwokaty, którym adwokatom czyńcie dobrą nadzieję o łasce naszéj, w któréj im wątpić nic nie potrzeba. Tak jako o tém w rychle szerzej wam znać damy. Gdzie téż i wasze samego posługi na baczeniu mieć będziemy. Na ten czas rewokowaliśmy z Hiszpaniej X. Wolskiego, Agenta swego, któremu pro viatico rozkazaliśmy, abyście dali tak wiele, jako mu na trzy miesiące ex ordinaria illius provisione przychodzi, jako to z inszego listu naszego w téj mierze wyrozumieliście. Teraz jest wola i rozkazanie nasze, abyście mu jeszcze ktemu dwieście dukatów przyłożyli, i z pieniędzy naszych dali. Puccinowi téż te półtora tysiąca dukatów, które się mu extra ordinem dały, zapłaćcie, jeśli teraz pieniądze macie, tedy teraz, jeśli nie, tedy primo quoque tempore.

Dat. Lublini IV Aprilis Anno Domini MDLXIX.

XXI.

Sigismundus Augustus etc.

Advocatis.

Magnifici s. n. dilecti. Respondimus nuper certis articulis in causa Camilli de Russis, in praesentia Reverendissimo-

rum dominorum Legati Apostolici, qui est hoc tempore in aula nostra, et Episcopi Posnaniensis. Quas responsiones nostras non dubitamus istuc litteris P. suarum probatum iri. Rem gratam nobis S. Vestrae fecerint, si dederint operam, ut ei negotio quamprimum manus suprema imponatur ex sententia nostra. Quod nos quidem gratitudine nostra erga S. vestras recognoscemus, uti ex Venerabili Georgio Ticinio, Agente nostro, plenius S. vestrae intelligent. In causa Papacodana, quo major nobis hoc tempore affulsit bene rei nostrae gerendae occasio, hoc magis veremur, ne ea sine ullo fructu nostro e manibus elabetur. Equidem magnam spem habemus in diligentia et studio S. Vestrarum. Nos quidem, id quod in nobis fuit, jam pridem mandatum plenipotentiae nostrae ad eam causam istuc misimus. Ex Hispaniis etiam, quae ad eam rem neccessaria exspectabuntur, venisse interim arbitramur. Superest ut quam spem in fide et diligentia S. Vestrarum posuimus, eam nobis S. Vestrae re ipsa confirment, quod minime dubitamus. Sicuti vicissim S. ipsas vestras de nostra gratitudine erga se, dubitare nolumus.

Dat. Lublini IV Aprilis.

XXII.

Kloczewskiemu i Solikowskiemu, internuntiis in Daniam.

Generosi fideles dilecti. Po napisaniu instrukcyi téj, którą wam teraz posyłamy, na te rzeczy, któreście do nas mało przedtem pisali, doszedł nas potém list inszy od was, już post perfunctam legationem u Lubczan, z którego jednak baczymy, żeście jeszcze do Króla Duńskiego nie dojechali byli. Gdzie też temi czasy mieliśmy list od Króla Jego Miłości Szwedzkiego nowego, którego kopią wam posyłamy. Wyrozumiecie z tego listu, iż Król Duński konkludował był pacy-

fikacyą za pewnemi kondycyami z Królem Szwedzkim, na które poseł jego był snać invitus przyzwolił. Ale że się Królowi samemu Szwedzkiemu i radzie jego et ordinibus nieznośne widziały, przeto pisał zarazem do Króla tegoż Duńskiego, opowiedając się mu w tém, iż tych kondycyj żadną miarą przyjąć nie może, jeśli mu co inszego znośniejszego a podobniejszego podano nie będzie. Co wszystko szerzéj wyrozumiecie z kondycyj tych, które były podane, a ktemu z kopii tego listu, którym na te kondycye Król Szwedzki Duńskiemu odpisuje. Gdzie nas też tenże Król Szwedzki za to żąda, abyśmy partes nostras u Króla Duńskiego interponowali, tak jako i to z kopiej listu jego wyrozumiecie. Otóż w téj mierze ta jest wola i rozkazanie nasze. Naprzód, abyście imieniem naszém z Królem Duńskim expostulowali seryo, iż przeciwko opisaniu foedéris et pactorum nostrorum communium, które pacta żadnemu z nas nie dopuszczają jednemu bez drugiego de pace z Królem Szwedzkim traktować, tylko de communi utriusque consilio, tedy Król Duński przedsięważył się tego, ferre conditiones pacis Królowi Szwedzkiemu, choć na ten czas powinowatemu naszemu, bez wiadomości naszej. Et quod majus est, ejusmodi conditiones ważył się ferre, które są bardzo in praejudicium nostrum, gdyż w nich aperte uzurpuje to sobie Król Duński, co między nami jest controversum, a o co jeszcze finito bello Sueddico, miała być cognitio communium Commissariorum albo arbitrorum, jako to snadnie obaczycie ex collatione tych kondycyj Króla Duńskiego Królowi Szwedzkiemu podanych, z temi pakty naszemi z Królem Duńskim. A tak o to oboje expostulujcie z Królem Duńskim graviter, a expostulowawszy, tak rzecz zostawcie wcale, jakoby nam potém wolno było z tém czynić to, coby się nam najlepszego i rzeczom naszym najpożyteczniéjszego zdało. To jest, żebyście tego ani popierali do końca, wedle expostulacyi, ani też lekce puszczali, ale tak zawiesili ad arbitrium nostrum. I owszem, co się tycze Pernowa; acześmy wam około niego, i na on czas, gdyśmy was wysyłali, i teraz znowu instrukcyę łacińską do-

stateczną dali, wszakoż i tu w tym liście upominamy was, abyście się na tem opierali, modeste quidem, ale jednak nic nie konkludując, a te racye allegując, które są opisane w Instrukcyi łacińskiej, a nakoniec wszystko zawieszając na relacyę do nas. Odprawiwszy to tak, pomagajcie posłom Króla Szwedzkiego, jeśli tam są albo będą, ad pacem obtinendam, wedle tego jako nas żąda, jedno nie zapominając, ani ni w czem odstępując pakt naszych z Królem Duńskim. Jeśli więc posłów Szwedzkich nie masz, starajcie się o inducias, za któremi pacificatio posset securius institui: a o miejsce takiéj pacificationis futurae, któreby Commissariis communibus Danicis et Suedicis, i takież naszym, zręczne a pogodne było. Jakoż my rozumiemy, żeby lepsze być ani pogodniéjsze nie mogło, jako w Stralsundzie in Pomerania, albo w Anclu. Jedno, żeby czas pewny naznaczon był do tej sprawy taki, na któryby się strony, które do tego należeć będą, zjechać mogły. Moderacyej conditionum, o której się wzmianka czyni w Instrukcyi tej łacińskiej, która się wam teraz napisała, niż te listy poślednie od was przyszły, dlatego wam nie posyłamy na ten czas, iż rozumiemy, że tam do tego tak rychło nie przyjdzie, żebyście nam o tém jeszcze raz albo dwa nie mieli dać wprzód znać. A tak i o tém i o wszystkiém dawajcie nam znać często, co się tam kolwiek dziać będzie. A my interim naznaczyliśmy każdemu z was na strawę na miesiąc półtora sta talerów, od tego czasu, jakoście z Polski wyjechali. Wszakże to, co każdy z was wziął na odjezdném ze Skarbu, w tęż summę inkludując [1]). A to, cośmy naznaczyli, opatrzymy już, jako was to w rychle dojdzie. Tylko wy o to się starajcie, jakoby sprawy nasze wam zlecone, wiernie, pilnie, bacznie przez was sprawowane były.

Dat. Lublini V Aprilis 1569 a. Regni vero XL.

---

[1]) Włączając.

XXIII.

Summa privilegiorum confoederationis inter regna Daniae, Sueciae et Poloniae.

Primum Privilegium.

Est Erici, Daniae, Sueciae, et Norvegiae Regis, in quo, de consensu horum omnium regnorum, continetur ejus confoederatio cum Vladislao, rege Poloniae, et Vitoldo, duce Lithuaniae, data de anno domini millesimo quadringentesimo decimo nono in vigilia Joannis Baptistae [1]).

Conditiones ejus primi privilegii.

I. Ericus Rex ac ejus regna, Regi et Regno Poloniae ac Duci et Ducatui Lithuaniae, bona fide et constanter adhaerere, eosque omnibus suis facultatibus, et copiis contra quosvis, in omnibus causis juvare pollicentur, et se obligant.

II. Unus confoederatorum, si alium confoederatum in auxilium vocet, debet eum sequi, sed impensis vocantis, in qua expeditione et bello, quicquid uterque ex hostibus praedae ceperit, ex aequo inter utrumque praeda dividi debet.

III. Si expeditio facta esset ad eas terras, ad quas uterque confoederatorum aliquod jus haberet, ac ibi castra, civitates, aut aliqua alia loca per vim aut deditionem essent capta, haec omnia illi parti cedere debent, ad cujus regnum aut terras loca capta pertinent. Si quid vero captum esset, ad quod neutra pars jus haberet, ex aequo inter utramque dividendum est.

---

[1]) Patrz Dogiela T. 1. str. 353.

IV. Eandem societatem et foedus contra infideles servare debent.

Secundum privilegium.

In quo continetur novum foedus, et innovatio veteris inter Sigismundum Poloniae regem, et successores ejus, ac regna Ducatus et terras ipsius, et Joannem Daniae, Sueciae et Norvegiae regem, et Christianum ejus filium, haeredem Norvegiae, ac electum Daniae, Sueciae, successoresque, ac regna ipsorum, de Data Cracoviae, Anno Domini millesimo quingentesimo decimo, decima nona mensis Martii, cum subscriptione Joannis Laski, Cancellarii [1]).

Conditiones secundi privilegii.

I. Inter utramque partem sit pax, concordia, vicinitas, et amicitia firma, tranquilla et perpetua.

II. Hostibus conjunctis viribus resistant, et si aliquem confoederatorum hostis, armis vel quovis alio modo turbare vellet, in eo casu, alter ex confoederatis, quem talis urget necessitas, debet alterum per litteras et nuntios certiorem facere, ille vero certior factus pro viribus, consiliis, et auxiliis fraternis, necessitatem confoederati regis, ac regnorum et dominiorum suorum adjuvare, illique assistere debet, vel locum et tempus eligere, quo uterque confoederatorum prudentes viros mitterent, ad investigandas vias, et rationes, quibus alter alteri suppetias ferre posset.

III. Subditi utriusque partis habeant liberam terra atque mari negotiandi facultatem, in regnis et dominiis ipsorum, solutis tamen de more datiis, theloneisque, item, liberam mansionem in civitatibus, oppidis, villis, liberum regressum, navigationem, transitum, salvis depositoriorum juribus.

---

[1]) Patrz Dogiela T. 1. str. 355.

IV. In hisdem litteris excipit rex Sigismundus confoederationem, antea per Vladislaum cum Erico factam, quam in omnibus conditionibus salvam, et firmam esse cupit.

Tertium privilegium.

Continet Joannis, Daniae, Sueciae, Norvegiae Regis, cum Sigismundo, Poloniae Rege foedus, de data Anno Domini millesimo quingentesimo decimo, penultima mensis Julii [1]).

Conditiones tertii privilegii.

I. Inter utrumque regem, ac successores eorum, et regna, terras, dominia, subditos, vassallosque ipsorum sit pax, et amicitia firma, stabilis et perpetua.

II. Subditis utriusque regnorum conceditur libera facultas, in iisdem regnis, et dominiis, negotiandi, solutis tamen de jure et consuetudine solvendis.

III. Suadente et rationabili causa, auxilium, assistentiam, et favorem alter alteri praestare debet, juxta tamen utriusque partis opportunitatem et consensum.

Quartum privilegium.

In quo continetur nihil aliud, quam potestas plenaria, quae ab Enrico Megapolitano, et Georgio ac Barnimo, Stetiniae et Cassuborum Ducibus, Consiliariis, ad eum conventum, qui inter Serenissimos Poloniae, et Daniae reges, eosdemque duces erat indictus, ab eisdem missis. Data est Stetini feria secunda post Dominicam Invocavit, Anno domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto.

---

[1]) Patrz Dogiela T. 1 str. 357.

Est et protestatio quaedam gubernatorum et Consiliariorum Sueciae, contra Regem Daniae, sed legi bene propter antiquitatem, et litterarum exilitatem non potest.

XXIV.

Sigismundus Augustus etc.

Regi Sueciae.

S. etc. Joanni tertio, Dei gratia Suecorum, Gottorum, Vandalorumque Regi etc. affini et fratri nostro charissimo.

Salutem et omnium bonorum continuum incrementum. S. etc. Quod nuperrime fecimus, ut Serenitati vestrae et libertatem recuperatam, et Ducalem pristinam dignitatem recenti regia auctam et cumulatam dignitatem gratulati per litteras nostras fuerimus, idem nunc etiam libenter sane et ex animo facimus, vestraeque Serenitati gratulamur: cujus prosperae omnes, et ad voluntatem ipsius factae accessiones non minus profecto nobis cordi sunt, quam nostrae ipsorum. Sed facit profecto haec varietas casuum, in qua se versari scribit Serenitas vestra, ut gaudium hoc nostrum, quod ex prosperitate ipsa Serenitatis vestrae, totiusque regni ipsius, paulo ante cepimus, nonnihil interpellatum esse videatur, in exspectatis istis, et praeter omnem opinionem oblatis conditionibus, quibus S. Daniae rex pacem cum Serenitate vestra regnoque ipsius conficere velle videbatur, uti ex iis, quae ad nos et scribit, et mittit Serenitas vestra intelligimus. In quibus sane ipsum etiam S. Daniae regis consilium nonnihil admirati sumus, idque non jam solum Serenitatis vestrae, sed nostra quoque ipsorum causa, qui neque belli Suedici finiendi con-

ditiones a S. Daniae rege istius modi ferri debere unquam existimavimus, neque nos a pacificatione cum Serenitate vestra exclusum iri speravimus: cum pactis quidem nostris cum Serenitate ipsius communibus diserte cautum sit, ne alterutri nostrorum, altero vel inscio vel invito, ad pacem Suedicam descendere liceat. Sed utut factum est, non dubitamus nos quidem, si Internuntii nostri, quos ea de causa ad S. Daniae regem in Novembre ablegavimus, ad ipsam ejusmodi pacis confectionem adesse in tempore potuissent, futurum sine dubio fuisset, ut mitiores Serenitati vestrae conditiones proponerentur, ita enim a nobis instructos Internuntios dimisimus, ut se omnibus in rebus, et dignitati inprimis vestrae, et paci communi christianorum regnorum ac imperatorum, et vero, quod caput est, voluntati Serenitatis vestrae salva, nostra regnique nostri dignitate, quam maxime accommodare studerent. Verum factum est hiemis saevitia, et importunitate maris, ut tunc in Daniam, etiamsi omnibus id rationibus contendissent, pervenire nequaquam potuerint, tum mari, tum terra ita jactati, ut ne nunc quidem certo scire possimus, an jam pervenerint: quamquam sane pervenisse confidamus. Scripsimus autem illis et nunc, et antea aliquoties, post ipsorum a nobis discessum, diligenter, ut res ac rationes omnes Serenitatis vestrae curae habeant, et Oratoribus, ac Commissariis Serenitatis vestrae, omni sui muneris facultate assistant, et ea, quae ad constitueandam pacem inter Serenitatem vestram, et S. Daniae regem pertinent, omni sua diligentia procurent, memores tum dignitatis nostrae, regnique nostri, tum etiam ejus affinitatis, quae nobis cum Serenitate vestra intercedit. Confidimus autem vicissim Serenitatem quoque vestram pro rata sua parte, facturam esse, ut, quandoquidem nos etiam ad ejusmodi conficiendam cum S. vestra pacem, intervenire necessario oporteat, idque ex pactorum, ut diximus, ac foederum nostrorum cum S. Daniae rege communium ratione, in ea sane constituenda pace, nostra regnique nostri dignitas, et cum Serenitate vestra affinitas sarta,

ac tecta conservata fuisse videatur. Quod reliquum est, nos equidem uti tranquillitatem et pacem summopere Serenitati vestrae in his regni ipsius initiis necessariam esse providemus, ita eam ante omnia Serenitati vestrae optamus, ad eamque obtinendam consilium, auxiliumque nostrum, prout res flagitare videbitur, libenter et ex animo deferimus. Bene valere Serenitatem vestram optamus.

Datum Lublini VII Aprilis Anno domini MDLXIX.

XXV.

Sigismundus Augustus etc.

Reginae Sueciae [1])

S. princeps domina, soror nostra charissima. Radziśmy z listu W. K. M. wyrozumieli o dobrém zdrowiu W. K. M., także i Króla J. M., Małżonka W. K. M., i dziatek W. K. M., życząc tegoż W. K. M. na długie, dobre, fortunne a spokojne czasy, jako siostrze naszéj miłéj. To co nam W. K. M. piszesz, około kondycyj trudnych a nieznośnych, od Króla J. M. Duńskiego małżonkowi W. K. M. podanych, acz nam jest niejako w podziwieniu, iż Król J. M. Duński takie kondycye podawał, które i tamtéj koronie Szwedzkiéj nieznośnè, i tym paktam, które z nami ma, przeciwne są, wszakoż mamy tę pewną nadzieję w panie Bodze, iż jako W. K. M. z więzienia na swobodę wywieść i ktemu na Królewskiej stolicy posadzić raczył, także i do końca stan ten W. K. M. bezpieczeństwem od nieprzyjaciela a pokojem z łaski swéj opatrzyć, i na wszystkich rzeczach fortunnym dalibóg powodzeniem szczęścić będzie. Co się nas dotycze, radzi to zawzdy pokażemy, i do każdej

---

[1]) Katarzyna, Królowa Szwedzka, siostra Zygmunta Augusta.

rzeczy takiéj radzi się przyczyniemy, któraby W. K. M. sławę a ziemiom i państwom W. K. M. pokój i bezpieczeństwo nieść mogła; w tém W. K. M. wątpić nie potrzeba. Jakoż, gdyby byli posłowie nasi, któreśmy jeszcze z Warszawy in Novembre do Danii w tych rzeczach posłali, zjechać wczas prze niepogody morskie mogli, nie wątpimy, iż za tą instrukcyą, którąśmy im dostateczną dali, rozkazując, aby się we wszém wedla potrzeby Waszych K. M. u Króla Duńskiego sprawowali, i do wszystkiego imieniem naszem, posłom W. K. M. pomagali, nie byłyby je takie kondycyé potkały, jako widziemy. Teraz mamy tę nadzieję, iż już dojechali, i pisaliśmy, i jeszcze teraz znowu piszemy im, rozkazując pilnie, aby rzeczy Waszych K. M., wedla dostojeństwa waszego i wedla tego powinowactwa, które z W. K. M. mamy, pilnowali, a o pokój przystojny a W. K. M. uczciwy starali się, przekładając Królowi J. M. Duńskiemu i powinność jego chrześciańską i powinowactwo nasze z Waszemi K. M. i nakoniec te niesnaski wojenne, których po te czasy tamte korony dobrze syte już być mogą. Mamy tę nadzieję o Jego M. Królu Duńskim, iż na to wszystko, i na inne rzeczy, które się mu przez posły nasze w téj mierze przełożą, przystojne baczenie mieć będzie. W czém my jednak W. K. M., jako siostry naszej, i także Króla J. M., małżonka W. K. M. a szwagra naszego, nie opuścimy, tak radą jako pomocą naszą. Bo jakośmy tedy z przodku W. K. M. w lege [1]) nasze wzięli, stanowiąc naonczas pakta z Królem J. M. Duńskim przeciw przeszłemu Królowi Szwedzkiemu, tak i do końca W. K. M. nie opuścimy. Więźnie też, te Szwedy, o które nam W. K. M. pisać raczysz, wypuścimy, na przyczynę W. K. M. I w innych rzeczach, w których jedno będziem kiedy moc pokazać zwykłą naszą braterską miłość przeciw W. K. M. we wszystkiém, to zawzdy radzi pokażemy, co dobremu a życzliwemu W. K. M. bra-

[1]) w legę zamiast w ligę, to jest w przymierze nasze włączyliśmy W. K. M.

tu i Królowi należy. Sługom też W. K. M. pieniądze dać każemy, bez żadnej zwłoki. Jedno iż ten sługa W. K. M. nie był jeszcze u Królewny J. M. Anny, siostry naszéj, z listy od W. K. M., które skoro jéj oddane będą, wiemy że z tém nic nie omieszka, a do nas się w téj mierze uciecze. A my też nic nie zwłócząc, uczyniemy to, co W. K. M. do nas piszesz, wedla kwitu W. K. M. Z tém przyjaźń i chuć naszę braterską W. K. M. zalecamy, winszując W. K. M. od Pana Boga na długie czasy wszelakich szczęśliwości. Dat. Lublini VIII Aprilis. Odprawiwszy się dalibóg w rychle z ostatkiem tych koronnych trudności, ktore przed sobą jeszcze mamy, poślemy i nawiedzimy W. K. M., i o tych wszystkich rzeczach szerzéj się z W. K. M. rozmawiać będziemy.

XXVI.

Sigismundus Augustus etc.

Reginae Sueciae.

S. princeps domina, soror nostra charissima. Życzym tego z serca W. K. M., jako siostrze miłéj, iż J. K. M. małżonek W. K. M. taką miłość przeciwko W. K. M. pokazuje, jako W. K. M. pisać nam raczysz, iż takim i tak uczciwym opiekunem dziatek spólnych i królestwa swego po śmierci swéj W. K. M. poczcić i opatrzyć raczył, bo iż W. K. M. jako siostrę miłujemy, przeto wszystkie uczciwe a fortunne przypadki W. K. M. za swe własne uczciwe i fortunne przypadki poczytamy, i życzymy tego W. K. M., aby co daléj to bardziéj ze wszech stron W. K. M. Pan Bóg szczęścić raczył. Z której życzliwości, to nam na ten czas przychodzi, iż W. K. M. braterskie przestrzegamy i upominamy, żebyś W. K. M. oto się wczas słusznemi obyczajmi starała, jakoby ta koronacya tak J. K. M. małżonka W. K. M. jako saméj W. K. M. co najry-

chléj doszła, gdyż na tém siła, i J. K. M. dla wielu rzeczy i W. K. M. dla wiele przygód, i dziatkom spólnym W. K. M. należy. Co rozumiemy, iż trudności żadnej mieć nie będzie, bacząc i z listu W. K. M. i z rzeczy saméj, że J. K. M. i W. K. M. macie z łaski bożéj tak wielką miłość u poddanych swoich, z któréj się my osobliwie radujemy. O małżeństwo Królewny J. M. Anny, siostry naszéj, to prawda, iż ten isty Biskup Ozelski, brat króla Duńskiego, przodkiem sam przyjechawszy do nas, potém i przez posły swe, już nie jeden raz starał się o nią w małżeństwo u nas. Lecz my mając przed oczyma toż, co W. K. M. przypominasz, i snać coś więcéj ktemu, takeśmy i jego samego, i posły jego po kilka razów w téj mierze odprawili z niepewną odpowiedzią, iż się nie spodziewamy, aby nas daléj o to starać miał. Tak ci jest, jako W. K. M. piszesz, iżbyśmy ją za samym królem, niźli za tym bratem jego widzieć woleli, lecz to wszystko nie w naszych ale w bożych ręku być baczemy, do czego jednak jako my starania żadnego przystojnego odkładać na stronę nie będziemy, ani odkładamy, tak też tam W. K. M. ze strony swéj niczego nie opuszczaj, coby W. K. M., jako siostrze czynić należało. Z tém Panie Boże racz mnożyć i cieszyć W. K. M. wszystkiém dobrém.

XXVII.

Sigismundus Augustus etc.

Pontifici Romano.

Beatissime pater etc. Commisi Venerabili Georgio Ticinio, Agenti meo, ut is nonnula ad Sanctitatem vestram, nomine meo, in negotio S. nepotis mei, Electi Hungariae regis, referret. Peto a S. vestra etiam atque etiam, ut verbis ipsius fidem habeat, et ad ea, quae ex sermone ipsius intellexerit, gratiam et benevolentiam suam paternam adjungat. Commendo me ac regnum, dominiaque mea etc. Dat. Lublini XXVI Aprilis.

XXVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Ticiuio.

Venerabilis devote, et nobilis fidelis dilecte. Jako przedtém tak i teraz upominamy was, abyście téj okazyi przeciw Papagodzie, która się prawie sama podała, na stronę nie opuszczali pospołu i z Adwokaty. Gdyż, jako sami dobrze rozumiecie, siła nam na tém nalczy, a gdzieby ta okazya, czego Boże uchowaj, tak upłynęła, nie baczymy, aby się potém rychło tak dobra otworzyć miała. Od nas tu nie widziemy, czegobyście więcéj czekać mieli do téj sprawy, gdyż się wam dawno wszystko posłało, o coście jedno pisali i z Adwokaty, i czegośmy też tu sami domyśleć się mogli. Co rozumiemy, iż was już do tych czasów doszło. W Hiszpaniej też nie wątpimy, iż poseł nasz powinności swéj dosyć uczynił do tych czasów, a iż wam to posłał, czego tam ztąd potrzeba, bo i od was się mu o to pisało dostatecznie, i my znowu listem naszym rozkazaliśmy jemu, aby wszystkie potrzeby nasze, o którebyście mu wy z Adwokaty znać dali, z pilnością sprawował, a mianowicie to, czego ad actum praesentem potrzeba, aby wam, wyprawiwszy bez mieszkania, posłał. A tak jako baczymy, ostatek na pilności waszéj z Adwokaty zawisło, na któréj nam na ten czas najwięcéj podobno należy, co my i wam, i Adwokatom łaską naszą nagradzać będziemy. I już eo nomine rozkazujemy wam, abyście Adwokatom extra ordinem donativi nomine dali każdemu z nich ducatos Neapolitanos centum z pieniędzy naszych, dla większéj ich pilności, co my od was na liczbę przyjmujemy: Was też jednak samych w rychle łaską naszą nie zapominając. Co się tycze P. Przemyślkiego, posła naszego w Hiszpaniéj, temu tak, jako na liście swoim ma, dawajcie prowizyą jego na czasy omienione, a dawajcie w Hiszpaniéj, nie gdzie indzie, tak jako i X. Wol-

skiemu zawzdy, i jemu samemu po te czasy się dawało. Wyrozumieliśmy też z pośledniego pisania waszego, iż tam Królewic Jego M. chce konać znowu zaczętą akcyą o praetensum legatum swoje przeciwko nam. Na co acz się od nas jeszcze za nieboszczyka Stempowskiego informacya była dała, o któréj bez pochiby Adwokaci wiedzieć muszą, wszakoż i teraz niedawnemi czasy posłaliśmy Wam credens do Papieża, tak jakoście nam pisali. Mamy za to, iż was to doszło. Ostatek pilności waszéj zlecamy, rozkazując, abyście się w téj rzeczy wedla informacyej naszéj dawnéj, a wedla widzenia Adwokatów sprawowali, a nam co narychléj o wszystkiem znać dawali. Pro gratia nostra. Dat. Lublini XXVI Aprilis Anno Domini MDLXIX.

XXIX.

Sigismundus Augustus etc.

Advocatis.

Magnifici s. n. dilecti. Jussimus S. vestris donativi nomine nonnihil pecuniae numerari, quam ab Agentibus istic nostris accipietis. Hortamur autem S. vestras, ut quo pluribus, et quo majoribus in negotiis nostris operam suam desiderari et requiri S. vestrae intelligunt, hoc magis perficiant, ut fides ac diligentia illarum in rebus et actionibus nostris elucescat. Dat. ut supra.

XXX.

Sigismundus Augustus etc.

Reipublicae Lucensi.

Illustres et Magnifici, amici nostri charissimi. Cum accepissemus ea, quae ad nos nomine M. vestrarum per Reve-

rendum in Christo patrem, dominum Vincentium Porticum, Nuntium S. Sedis Apostolicae, delata sunt, magnopere gavisi sumus, de hac civitatis, et reipublicae istius erga nos benevolentia singulari, quam non dubitamus M. vestras per omnem occasionem etiam rebus ipsis declaraturas esse, quemadmodum nos quoque ipsi prompti, ac parati sumus, quicquid ad decus et ornamentum istius reipublicae vestrae proficisci a nobis posset, omne id libentissime suscipere et exsequi. Gratulamur autem profecto huic vestrae reipublicae ejusmodi civem, qualem se in hac nostra legatione exhibet Reverendus hic Dominus Vincentius Porticus: quem sane intelligimus et dignitatem S. Sedis Apostolicae egregie apud nos sustinere et civitati ac reipublicae M. vestrarum, quam esse sibi patriam libenter profitetur, maximo honori, et ornamento esse. Bene valere M. vestras cupimus. Dat. Lublini tertia Maji Anno domini MDLXIX.

XXXI.

Sigismundus Augustus etc.

Panu Barzemu.

Illustris et Magnifice s. n. dilecte. Co daléj to barziéj dziwujemy się tym tam sprawom waszym w Hiszpaniéj, o których, aczbyśmy sobie dobrze tuszyli za sprawiedliwością przodkiem naszą jasną, potém też i za tém powinowactwem, które mamy z Królem J. M. Hiszpańskim, wszakoż nas to nie pomału nie cieszy, iż od was rzadko pisanie jakie miewamy, a jeśli bywa jakie, tedy takie z którego się mało znaczy, aby się jaki postępek gruntowny dziać miał, ku ułacznieniu tych tam spraw naszych. Jakoż i przedtém nieraz, przez całe półroka, i teraz już od czterech miesięcy, pisania do nas żadnego od was nie było. Adwokaci też nasi z Neapolim barzo sobie tęsknią, iż w potrzebnych a w pilnych rzeczach

naszych rezolucyej tam z Hiszpaniej mieć nie mogą, gdyż zwłaszcza jako piszą, do téj ich rezolucyej nie potrzeba nic Króla J. M. molestować, jedno ad viam justitiae recurrere, która tam wszystkim zawzdy jest exposita, a bez téj rezolucyej, wszystkie Neapolskie sprawy nasze odłogiem leżeć muszą. Upominaliśmy i upominamy w. m. iterum atque iterum, abyś w. m. na to się często oglądał, dla czegoś tam w. m. od nas jest posłan, a mając to często przed oczyma, abyś w. m. inszych rzeczy zaniechawszy, tak w sprawach naszych wszystkich postępował, jako wiernéj Radzie naszéj, a czułemu i pilnemu posłowi w rzeczach ważnych pańskich postępować należy. Gdyż więc jako pilność każdego posła, drogę mu ściele do łaski pańskiéj i do dobréj opiniej, tak niedbałość zasię drogę do łaski i dobréj opiniej zagradza, a inszą do drugich rzeczy otwiera, do których nie radzibyśmy, aby nam z wami przychodzić miało. W czém was iterum atque iterum upominamy, mając jednak tę nadzieję, że tandem wejrzycie na vocationem suam et exspectationem nostram. Pro gratia nostra.

Dat. Lublini die 3 Maji Anno domini 1569.

XXXII.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Commendono [1]).

Reverendissime in Christo pater, amice noster charissime. Non existimamus P. vestram ignorare de successu per id tempus negotiorum nostrorum Hispanicorum. Palam est enim, nihil in iis non modo profectum adhuc esse, sed etiam fortas-

---

[1]) Jan Franciszek Commendoni, Nuncyusz Stolicy Apostolskiej w Polsce, znany z wielkiego wpływu, który wywierał na sprawy duchowieństwa, w czasie Piotrkowskiego Sejmu 1565 r. Autor listów, dotyczących się spraw polskich 1563—1565 r.

sis ne inchoatum quidem. Quae res quantopere nobis molesta esse debeat, ipsa P. vestra existimare potest, quae et genus negotiorum ipsorum, quae in Hispaniis et magnitudinem sumptuum nostrorum, quos propterea sustinemus, et tantum spatium temporis, quod frustra per oratorem ipsum est expensum, bene habet cognita et perspecta.

Ac meminisse nos quidem P. vestram arbitramur, cum oratorem nostrum illuc mitteremus, eum qui nobis potissimum a P. vestra commendabatur, nos haec omnia propemodum providisse, et quae nunc eveniunt, jam tum apud P. vestram praedixisse: atque propterea a mittendo illo abhorruisse. Verum tantum fuit studium P. vestrae in adducendis nobis ad decernendam illi eam legationem, ut contra ea, quae non solum animo cernebamus, sed manibus etiam ipsis propemodum jam contrectabamus, faciendum nobis fuerit. Cujus sane rei, ut verum fateamur, jam pridem nos incipit poenitere, sicuti P. vestra ex alteris jam nostris litteris cognovisse potuit. Quamobrem a P. vestra diligenter admodum postulamus, ut quemadmodum ipsa nobis auctor potissimum exstitit, ut in ea legatione nullius alterius, quam ejus, qui missus est, opera uteremur, ita perficiat, ut ea quoque potissimum auctore, fructum jam tandem aliquem ejus consilii sui videre ac percipere possimus. Non enim quicquid hactenus ad excitandam diligentiam Oratoris nostri tentavimus, videmus omne id in irritum cecidisse, ita sane ut totos interdum sex menses unam epistolam illinc vix accipiamus. Bene valeat P. vestra.

Dat. Lublini 3 Maji Anno domini 1569.

XXXIII.

Sigismundus Augustus etc.

Camillo Brancatio.

Magnifice s. nobis dilecte. Pergratum est nobis hoc studium erga nos S. vestrae, quod tum ex litteris ipsius, tum

etiam ex litteris Agentium et Advocatorum nostrorum intelligimus. Inprimis autem gratum est nobis, quod S. vestra offert se controversiam hanc, quae nobis cum S. Nepote nostro intercedit, ad trium mensium spatium ita suspensam tenere, ut ne quid inde ad nos interea detrimenti possit pervenire. Quod officium S. vestrae omni gratia et benevolentia regia libenter S. vestrae reponemus. Non patiatur autem sibi S. vestra de nobis aliud persuaderi, quam paratos nos fuisse, de hac tota controversia cum S. nepote nostro amice transigere, illique de universa prorsus summa, quam sibi legatam esse praetendit, satisfacere. Sed tanta erat nonnullorum hominum pertinacia, ut nullae ejus rei conditiones, quantumvis aequae et honestae, admitti viderentur. Quod ita esse facile ostendi posset. Bene valeat S. vestra.

Dat. Lublini 3 Maji.

XXXIV.

Sigismundus Augustus etc.

Ticinio cum Stempovio [1]).

Venerabiles devote, et nobiles, fideles nobis dilecti. Aby się o tém bardziéj znaczyło, iż Sanctissimus Dominus noster w téj rzeczy naszéj z Królewiczem Jego M. był excitatus nie od nas, ani od was Agentów naszych, tedy zda się X. Legatowi, aby to szło per medium officii inquisitionis, i dla tegoż widzi się temuż X. Legatowi, aby tam Inkwizytorom imieniem naszém było dano munusculum jakie. A tak, jeśli się

[1]) Stanisław Stempowski, po śmierci brata swego Pawła w Neapolu, wysłany został tamże, na pewien przeciąg czasu, w towarzystwie Księdza Jerzego Ticini.

też to wam z Adwokaty zdać będzie za potrzebne, jakoż my do tego się przychylamy, rozkazujemy wam, abyście tam pieniędzy naszych sto dukatów Neapolskich między Inkwizytory podzielili, quod nos in rationibus suscepturi sumus.

Dat. Lublini 3 Maji Anno Domini 1569.

XXXV.

Sigismundus Augustus etc.

Advocatis.

Magnifici s. n. dilecti. Non dubitamus omnia, de quibus ad nos S. vestrae scribunt, jampridem ad manus illarum pervenisse, a nobis quidem missa. Nulla enim interposita mora, ea, quae sibi ad causam nostram scribunt fuisse necessaria, mitti ex Cancellaria nostra et expediri jussimus. Pergratum nobis fecerint, si hanc occasionem tantum, quantum tempus ipsum suppeditavit, cum insigni aliquo fructu nostro excepisse videantur. Ea, quae ex Hispaniis exspectare se in dies scribunt, miramur non jampridem ad illas pervenisse. Non dubitamus tamen quin aut pervenerunt jam, antequam has legent S. vestrae, aut propemodum pervenient. Interea diligentiam nobis suam S. vestrae praestent, quam nos illis gratia nostra referemus.

Dat. Lublini 3 Maji.

XXXVI.

Sigismundus Augustus etc.

Ticinio et Stempovio.

Venerabiles devote, et nobiles, nobis dilecti. Nad to, cośmy wam już przez kilka poczt jedna po drugiéj pisali, nie

widzimy, coby wam więcéj pisać trzeba, gdyśmy i na wszystko dostatecznie wam odpisać i wszystko, czego była potrzeba, posłać z Kancellaryej naszéj kazali, i mamy za to pewnie, że to już was wszystko doszło, tak iż już niczego inszego, jedno pilności waszéj potrzeba, w któréj nie wątpimy. Adwokatom i Brankacemu odpisujemy, które listy im oddacie, a starać się będziecie, aby i wszystkie insze kauzy nasze, a zwłaszcza więc ta przeciw Papagodzie, i ta druga z Królewiczem Jego M., cum dignitate nostra odprawione były. Pisze nam Brancaci, ofiarując się, iż tę akcyą z Królewiczem do trzech miesięcy zwlec chce. A tak wy tego na stronę nie odrzucając, wzywajcie prędzej Summum pontificem imieniem naszém, tak jakoście poczęli, żeby sua Sanctitas nutu suo nie dał przypuszczać partem adversam ad agendum in judicio Neapolitano, z tych przyczyn, jakośmy dawno i przeszłą też pocztą do was pisali. Gdyż jednak my, nie tak jako nas tam stawią, żebyśmy z Królewiczem Jego M. komponować nie chcieli, ale byliśmy tak jako i Xiążęciu Jego M. Brunszwickiemu, gotowi tę wszystką summę Królewiczowi Jego M. dać doni nomine, któréj on teraz dochodzić woli jure legati. Ale Królewicz Jego M., wyciągając nas na takie kondycye, którymeśmy my żadną miarą dosyć uczynić nie mogli, jaśnie to pokazywał, iż woli téj summy dubio eventu litis na nas dochodzić, a repetendo ejusmodi legatum, approbować testament zmyślony, z wielką osławą domu wszystkigo naszego Królewskiego, niźli tęż summę od nas mieć darownym obyczajem. Tak iż na to rad przyzwolił szwagier nasz, nieboszczyk Xiąże Brunszwickie, iż wziął od nas pewną summę doni nomine, na to się nam własny siostrzeniec nasz żadną miarą, gdzieśmy do niego kilkakroć posły swe posyłali, namówić dać nie chciał. A tak w téj mierze używszy naprzód Sanctissimum Dominum, tedy jeśliby tam nie poszło wedla myśli naszéj, tak czyńcie, jakośmy wam dali znać przez przeszłą pocztę. Pro gratia nostra.

Dat. Lublini 3 Maji.

XXXVII.

Sigismundus Augustus etc.

Zupario Cracoviensi, Generoso Buzenski. [1]).

Generose fidelis dilecte. Intellexinus adferri difficultatem Venerabili Andreae Patricio, Secretario nostro, et Archidiacono Vilnensi, in extradendis integre viginti bancis salis, quos illi proxime Varsaviae in Zuppis nostris repetendos dederamus. Quamobrem mandamus F. tuae, ut ne quam illi amplius moram, aut difficultatem adferri patiatur, quominus beneficio nostro integro uti possit, sed quemadmodum nos viginti bancos illi assignavimus, ita etiam F. tua viginti illi bancos integros dari et extradi jubeat sine mora.

Dat. Lublini 11 Maji Anno domini 1569.

XXXVIII.

Exemptio Domus Nicolai Brandisz [2]).

Sigismundus Augustus etc.

Significamus praesentibus litteris nostris, quorum interest, universis et singulis. Adductos nos esse certorum Consiliariorum nostrorum intercessionibus, pro Generoso Nicolao Brandis in Clecza haerede ad nos diligenter factis, ut domum et hortum ipsius, Cracoviae extra muros civitatis Casimiriensis in ripa Istulae, inter bona Ogorkowskie nuncupata ex una, et bona Generosi olim Joannis Palczewski haereditaria, parte ex altera sitos, sub jurisdictione Civi-

---

[1]) Hieronim Bużeński h. Poraj, Żupnik Żup Krakowskich, później Podskarbi W. Kor.

[2]) Mikołaj Brandysz h. Radwan, Pisarz Ziemski Zatorski i Oświecimski, syn Klemensa Starosty Chęcińskiego.

tatis Casimiriensis consistentes, ab ejusmodi jurisdictione, et ab aliis pro arbitrio nostro oneribus absolveremus, liberaremus, liberamque et immunem esse juberemus. Nos igitur aequitatem earum intercessionum considerantes, quae ad nos pro ipso, uti pro persona nobili fiebant, et gratiam nostram in eo declarare volentes, principio uti petitur, praedictam domum et hortum, ab omni civili, et quavis alia jurisdictione absolvendam et liberandam esse duximus, absolvimusque, ac liberam facimus litteris hisce nostris, eamque jurisdictioni terrestri, et libertati nobilium terrae Cracoviensis adscribimus et incorporamus, eodemque jure, quo bona omnia terrestria gaudere volumus, ita, ut praefatus Nicolaus Brandis, ratione ejusdem domus et horti, quos ad praesens possidet, non nisi coram judicio terrestri Cracoviensi respondere teneatur, salvis tamen manentibus omnibus censibus, contributionibus, tam publicis quam civilibus, et aliis oneribus, vel nobis mensaeque nostrae, vel reipublicae ex hac domo, et horto quocumque debitis, vel etiam in posterum debendis. Volentes tamen eidem Nicolao Brandis uberiorem nostram gratiam declarare, etiam domum et hortum praedictos ab omni hospitum tam externorum quam nostratium exceptione liberam et immunem facimus, ita ut ipse ab excipiendis mandato praefectorum nostrorum in eam domum vel hortum hominibus quibuscumque, sive peregrinis et externis, sive etiam aulicis nostris, aliisque nostratibus quibuscumque, et cujuscumque loci, ordinis, status et conditionis, existentibus praesertim temporibus comitiorum generalium regni, coronationum, omagiorum, ac similium publicarum solennitatum, et conventionum prorsus liber exemptus ac exceptus sit et habeatur. Has autem ejusmodi libertates, et praerogativas omnes, tam ad ipsius Nicolai Brandis; quam ad legitimae conjugis ipsius extremum vitae tempus durare volumus. Quod omnibus, quorum interest, tam iis qui nunc sunt, quam qui deinceps erunt hominibus, nominatim vero Regni, et Aulae nostrae Marshalcis, ac curiarum, tam S. Dominae

conjugis, quam S. sororis nostrae magistris, Capitaneo, et magno procuratori Arcis nostrae Cracoviensis atque adeo Proconsuli, et Consulibus civitatis nostrae Casimiriensis, nunc et pro tempore existentibus, denuntiamus, notumque esse volumus, mandantes ut immunitatem hanc et praerogativam, praedictis conjugibus ad vitae utriusque extrema tempora a nobis concessam, ratam, et firmam esse velint, in eaque eosdem conjuges integre et inviolabiliter conservent, conservarique jubeant, pro gratia nostra. In cujus rei fidem et testimonium, sigillum nostrum praesentibus est appressum.

Dat. Lublini, in conventu generali regni nostri, 15 Maji Anno domini 1569. Regni vero nostri 39.

XXXIX.

Plenipotentia data a R. Majestate Ticinio et Stempovio in negotio Barensi.

Sigismundus Augustus etc.

Significamus his litteris nostris, quorum interest, universis. Quod cum nomine Majestatis nostrae sint querelandi in regiis tribunalibus regni neapolitani, et coram Illustrissimo vicerege dicti regni, nonnuli homines et personae, pro aliquibus causis et furtis diversimode commissis: Harum serie constituimus, facimus et deputamus procuratores nostros Venerabilem Georgium Ticinium, cantorem Łanciciensem, et nobilem Stanislaum Stempowski, Agentes nostros ad nomine M. nostrae comparendum, in quocumque regio tribunali regni praefati, et quascumque querelas exponendum, contra quascumque personas pro quibuscumque rebus et causis ad M. nostram quo modo libet spectantibus et pertinentibus, dictasque querelas prosequendum, partemque in judicio faciendum appellandum, appellationesque prosequendum, suspectos Judices allegandum et

demum omnia et singula alia faciendum, quae in praemissis, et circa ea una cum dependentibus et emergentibus, quomodolibet necessaria fuerint et opportuna, cum facultate unum vel plures procuratores loco ipsorum substituendi, et illos revocandi. Promittimus autem ea omnia, quae per dictos procuratores nostros, sive per substituendum vel substituendos ab ipsis acta, tractata gestave fuerint, nos rata et firma habituros esse. In cujus rei fidem etc.

Dat. Lublini 18 Maji Anno domini 1569.

XL.

Sigismundus Augustus etc.

Pio Papae V.

Beatissime pater etc. Non ignorat S. vestra, quae mihi negotia cum plerisque christianis principibus hoc tempore intercedant, quae ipsa, ut me quidem magna spes tenet de paterna S. vestrae erga me gratia et benevolentia, possent favore S. vestrae ad optatum aliquem exitum deduci. Idcirco dixi R. in Christo patri, domino Stanislao Hosio, S. R. E. Cardinali et Episcopo Varmiensi, magnopere me cupere, ut sese Romam conferat, et negotia mea cum S. vestra tractet. Non dubito propositum hoc meum S. vestram approbaturam, ipsique R. domino Cardinali Varmiensi significaturam esse discessum hunc P. suae ex his regionibus fore, cum bona gratia S. vestrae. Interim autem dum ille venit, quaeso, ut S. vestra negotia mea omnia curae habeat, et quae ad me, regnumve meum pertinere ex Agente meo intellexerit, in iis mihi paternam suam benevolentiam declaret. Commendo me etc.

Dat. Lublini 19 Maji Anno domini 1569.

XLI.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Alexandrino.

R. in Christo pater, amice noster charissime. Constitutum habemus R. in Christo patrem, dominum Cardinalem Varmiensem, in negotiis nostris quibusdam ad S. dominum nostrum allegare. Etsi autem non dubitamus S. ejus huic proposito nostro assensuram esse non invite, tamen a P. vestra quoque petimus, ut voluntatem hanc nostram apud S. ejus adjuvet, et quae nos cupere intelligit, id ut bonaque S. ejus gratia possit confici, auctoritatem suam P. vestra interponat: ut R. dominus Cardinalis intelligat se discessu hoc suo ex regno nostro S. ipsius non esse responsurum. Erit id nobis a P. vestra gratissimum. Bene valere P. vestram cupimus. Dat. ut supra.

XLII.

Sigismundus Augustus etc.

Electo Hungariae, Principi Transilvaniae [1])

Serenissime princeps domine, Nepos noster charissime. Misit ad nos proxime Internuntium suum S. dominus Turcarum

---

[1]) Jan Zygmunt, syn Izabelli Zapolskiej, siostrzeniec Zygmunta Augusta. Przebywał z matką w Polsce od 1552 do 1557 r. Izabella, przyzwana przez Siedmiogrodzkich panów, wróciła z synem do Węgier. To było hasłem długiej i niszczącej wojny. Soliman, Cesarz Turecki, korzystając z zatargów wewnętrznych w Węgrzech, ofiarował swą pomoc stronnictwu Izabelli przeciwko partyi

Imperator, qui nos nomine Serenitatis ipsius diligentissime certiores faceret, Serenitatem ejus offensam magnopere esse hac expeditione bellica, quam Serenitas vestra adversum Caesaream Catholicam Majestatem, cum qua illi interim certa foedera, et certi temporis induciae intercedunt, apparare dicitur. Quod ipsum quoniam Serenitatem vestram, tum ex suis, quos ad illam partem iisdem de rebus mittebat, tum etiam ex ipsis S. Turcarum Imperatoris Nuntiis ad se missis, copiosius intellexisse non ignoramus, idcirco per has litteras breviores sumus. Postulavit autem a nobis idem S. dominus Turcarum Imperator, ut nos, qui sanguinis necessitudine Serenitati vestrae conjuncti sumus, et in quorum, ut ipse ajebat, gratiam, factum hoc, et consilium Serenitatis vestrae mollius a Serenitate ipsius acceptum est, Serenitatem vestram, pro mutua conjunctione nostra, admoneremus, ut ab ejusmodi armis proximo quoque tempore discederet, a belloque Caesareae Catholicae Majestati, foederato Serenitatis ipsius, inferendo abstineret. Quod nisi Serenitas vestra e vestigio faceret, se quidem sine mora ostensurum esse, consilium hoc Serenitatis vestrae sibi magnopere displicere. Ac non ignorat quidem Serenitas vestra, jampridem esse, ut nullis prorsus cum Serenitate vestra neque nuntiis neque litteris nostris de re ulla agamus, ejusque etiam rei causam procul dubio meminit. Sed nos quidem interea totum id, quod nobis privatim cum Serenitate vestra intercedit, uti semel domino Deo permisimus, ita dein-

---

Cesarza Ferdynanda. Królowa Izabella, z natchnienia swej matki Bony, układała się z Cesarzem względem ożenienia Jana Zygmunta z jego córką, ale śmierć jej przerwała rozpoczęte układy. Odtąd Król Zygmunt August pośredniczył często w zatargach pomiędzy siostrzeńcem i Cesarzami Niemieckiemi, lecz zawsze bezskutecznie, mianowicie w 1562, 1565 i 1567 r. Ferdynand i następca jego Maxymilian nie chcieli wyrzec się praw swych do korony Węgierskiej. Z drugiej strony Jan Zygmunt, oglądając się na pomoc Turcyi, nie chciał ograniczyć się na posiadaniu Siedmiogrodzkiéj ziemi.

ceps quoque suo cursu ferri non inviti patimur. Illud modo quod publicum est, etsi nobis alioqui nostra etiam sponte pro bono pacis communis, neutiquam praetermittendum esse constitueramus, tamen hoc tempore multo magis suscipiendum esse existimavimus, cum de ea re a S. domino Turcarum Imperatore tam diligenter admoniti essemus. Mittimus igitur ad Serenitatem vestram Generosum Jacobum Woroniecki, secretarium nostrum, cui de omnibus iis pleniora mandata dedimus, quae nobis hoc tempore cum Serenitate vestra agenda esse videbantur.

XLIII.

Instrukcya do Królewicza Jego Mści Węgierskiego urodzonemu Jakóbowi Woronieckiemu die 25 Maji Anno domini 1569 [1]).

Zaleciwszy przodkiem zwykłym obyczajem powinną życzliwość naszą Królewiczowi Jego Mści, posłaniec nasz z winszowaniem wszystkiego dobrego te rzeczy przełoży imieniem naszém.

Iżeśmy się przez ten czas z Królewiczem Jego M. w żadną rzecz, ani przez listy ani przez posły nie wdawali, nie tajna jest przyczyna tego Jego M. Ale iż to rzecz była, i jest privata nasza z Jego M., którą my jakośmy raz na Pana Boga włożyli, tak do końca kładziemy, a teraz pod tym czasem publica nie mała rzecz przypadła, której się nam zaniechać nie godziło, przeto my prywatę na stronę odłożywszy i czasowi ją poruczywszy, musieliśmy téj publicae folgować,

---

[1]) Jakób Woroniecki, późniejszy Nominat biskup Kijowski, gorliwy stronnik Ar. X. Maxymiljana, w czasie Elekcyi po śmierci Króla Stefana.

na któréj rzeczy pospolitéj Chrześciańskiéj nie mało, ale więcéj onym przyległym ziemiam, a nawięcéj Królewiczowi Jego M. samemu należy.

Powié tedy posłaniec nasz, iż nas przodkiem ten pospolity głos, a potém i to pisanie od niektórych dochodziło, jakoby się Królewicz Jego M. temi czasy, na wojnę przeciw Cesarzowi Jego M. Chrześciańskiemu gotować, i na koń snać prawie już wsiadać miał. Przyczém i to nam też znać dawano, jakoby ta wojna nie krom wiadomości naszéj być miała.

Co gdyśmy my słyszeli, a to jaśnie baczyli, iż się w tém przodkiem wiele złego wszystkiego Chrześciaństwa, a potém też i rzecz nasza własna zamykała, na tymeśmy już byli, iż dla spólnego dobra Chrześciańskiego przodkiem, a potém i dlatego też, żebyśmy nie radzi u nikogo w tém mniemaniu *zostali, jakoby taka wojna z wiadomością naszą dziać się miała, chcieliśmy byli zaraz do Królewicza Jego M. posła* naszego wyprawić w téj mierze.

Aliciem w też prawie czasy przyjechał do nas Strasz posłem od Cesarza Tureckiego, szeroce nam to imieniem Cesarza Jego M., pana swego przekładając, jako to przedsięwzięcie Królewicza Jego M., około téj wojny, obraża Cesarza Jego M. Tureckiego, iż Królewicz Jego M., przeciwko zakazaniu Jego C. M., i zbiegi Cesarza Chrześciańskiego do siebie przyjmował, i przyczyn innych wiele do spólnego zawaśnienia z Cesarzem Chrześciańskim dawał, i nakoniec na wojnę się z J. C. M. zdobywał, pod tym czasem przymierza między obiema Cesarzami Ich M. postanowionego, którego czasu, jako im samym nic się jednemu przeciw drugiemu czynić nie godzi, tak też pogotowiu i tym wszystkim, którzy są z któréjkolwiek strony foederibus illorum comprehensi.

A acz nietrudnoby Cesarzowi Jego M. Tureckiemu to przyszło, pokazać Królewiczowi Węgierskiemu, iż tego nad zakazanie Cesarza Jego M. pod czasem przymierza ważyć się nie miał, wszakoż dla nas i dla tego powinowactwa, które my mamy z Królewiczem Jego M., jeszcze to tak mimo się pu-

szcza, a interim nas jako powinnego Królewicza Jego M. żąda i upomina, abyśmy Królewicza Jego M. w téj mierze napomionęli, a perswazyami naszemi od tego przedsięwzięcia odwiedli, i do tego przywiedli, aby się lepiéj oglądał, i na to przymierze Cesarzów Ich M. między sobą, którego Cesarz Jego M. Turecki odstąpić nie chce, i na łaskę też Cesarza Jego M. Tureckiego. Gdzieby więc Królewicz Jego M. na to nasze napominanie dbać nie chciał, powiedział, iż to Cesarz Turecki, pan jego, inaczéj opatrzyć chce, a snać i karaniem.

To tak Strasz do nas imieniem Cesarza Tureckiego, pana swego, i daleko więcéj, coby tu długo wspominać.

A tak my w téj mierze nic nie mieszkając, chcieliśmy to wszystko Królewiczowi Jego M. znać dać, a ktemu i widzenie nasze w téj mierze powiedzieć, dla dobrego onych ziem i samego Królewicza Jego M.

Nie wątpimy, iż to Królewicz Jego M. w dobréj pamięci ma, jako te takie wojny Jego M., nigdy nam gmyśli nie były, któremi Jego M. i sam siebie, i ziemie swoje i wszystkie tamte przyległe kraje, w wielkie a znaczne niebezpieczeństwo wwodzi, którym krajom potrzebniéj było sobie wytchnąć z tak gęstych i tak wielkich klęsek, jakie na nie po te czasy przychodziły, niźli na nie jaką nową wojnę niepotrzebnie zwalać.

I taż była mało nieustawiczna nasza z Królewiczem Jego M. praktyka, abyśmy go od tych rad niespokojnych a burzliwych, do pokoju a do spólnéj sąsiedzkiéj miłości co nabardziéj przywodzili.

Teraz taż jest co i dawno myśl i rada nasza, żeby Królewicz Jego M., jeśliby co sobie ku krzywdzie od Cesarza Jego M. Chrześciańskiego być rozumiał, spokojnie, tak jako chrześciańskim panom należy, swego dochodził, raczéj niźli temi obyczajami, które J. K. M. nieprawie przystoją, i nie baczymy, aby się do tych czasów bardzo Jego M. sańcowały [1]).

---

[1]) szańcowały t. j. szczęściły się.

Zwłaszcza więc, iż to teraźniejsze przedsięwzięcie Jego M., tak bardzo Cesarza Tureckiego Jego M. obraża, aby to przymierze jego z Cesarzém Jego M. Chrześciańskim, w którém on statecznie trwa, przez kogo innego, nie tylko imo wiadomość, ale i nad zakazanie jego targane być miało. Niechby się Królewicz Jego M. dobrze rozmyślał, na coby to potém, przodkiem Jego M., a potém i państwu Jego M. wynijść mogło, gdzieby zruszywszy przymierza stanowione, między tak wielkiemi potentaty i monarchami, wszystkie odia na się, i wszystkę molem belli na ziemie swoje, których mu Pan Bóg ku zachowaniu, nie ku zawiedzeniu zwierzyć raczył, zwalić miał, a tę pamiątkę po sobie zostawić, iżby te ostatki, a prawie wet [1]) niegdy kwitnącéj Węgierskiéj korony, który do tych czasów jako tako wcale był swą nietrefną sprawą zgubić, i do końca wniwecz obrócić miał, które, czego Boże uchowaj, zgubiwszy i wniwecz obróciwszy, zgubiłby i wniwecz obrócił stan swój, dostojeństwo swoje i sam siebie nakoniec.

A do téj zguby prosta i przestrzeńsza droga byćby nie mogła, jako ta, którą przedsię Jego M. teraz bierze, zruszać przymierza, których zawzdy Pan Bóg osobliwym obyczajem bronił, a którzy je kiedy łamali, nad temi zawzdy surową i prędką kaźń pokazował, waśnić sobie obu Cesarzów, tak możnych panów, nad które świat możniejszych nie ma, gdyż i jednego sobie rozgniewać, zwłaszcza tego, w którego rękę na ten czas Królewicza Jego M. Pan Bóg podał, nie mogłoby być bez wielkiéj odmiany, a czego Boże uchowaj, bez upadku Jego M.

W czém wszystkiém my Królewicza Jego M., wedla powinności naszéj Chrześciańskiéj, i z téj też krewności, którą spólną, a dosyć bliską z Jego M., jako siostrzeńcem naszym mamy, a nakoniec, za tém poselstwem Cesarza Jego M. Tureckiego, które do nas temi czasy wskazał, a zwłaszcza

---

[1]) wet, zamiast wety.

iż jest inclusus in foedere Turcico, upominamy, aby Jego M. téj wojnie pokój dał, która nicby dobrego Jego M. przynieść nie mogła, jedno skazę do gruntu tak Jego M. samego, jako onych ziem wszystkich.

Jeśliby się w czém od Cesarza Jego M. Chrześciańskiego ukrzywdzonym Jego M. być rozumiał, tego żeby raczéj ugodą przyjacielską, zwynalazłszy spólnych albo Kommisarzów albo jednaczów dochodził, niżby miał na tak niebezpieczny szanc stawić zdrowie swoje, stan swój, pokój pospolity swoich, i przyległych państw wszystkich swobodę i postanowienie wszelakie.

A w tém aby nas Jego M. posłuchał, daléj się nic nie zawodząc, wiernie tego i sobie i Jego M. życzymy, i o to się posłaniec nasz wszelakim obyczajem starać będzie.

XLIV.

Mandatum ad Magistratum Civilem Cracoviensem in negotio Montelupi [1])

Sigismundus Augustus etc.

Spectabilibus et famatis Proconsuli et Consulibus, nec non Advocato et Scabinis civitatis nostrae Cracoviensis, et caeteris, ad quos executio praesentis mandati nostri pertinet, f. dilectis, gratiam etc. Spectabiles et famati f. n. dilecti. Intelleximus litteris mandatorum nostrorum, quas proxime Lublini ad diem 4 mensis Aprilis, occasione taxationis bonorum Jacobi Gastgeb, civis Cracoviensis, et assignatione possessionis in ea bona, ad f. vestras dederamus, lites et controver-

---

[1]) Sebastyan Montelupi de Mari, rodem z Florencyi, objął z rozkazu Króla Zygmunta Augusta Zarząd Poczt po Piotrze Maffonie, o którym niżéj jest mowa.

sias inter Sebastianum Montelupi et Petrum Maffonem, quarum litium et controversiarum sedendarum gratia, nos potissimum ejusmodi mandata nostra, ad f. vestras dare, adducti fuimus, magis ac magis excitari. Ad eas igitur controversias, nunc etiam sopiendas, praesentis declarationis nostrae litteras dandas esse ad f. vestras existimavimus. Primum igitur quandoquidem nos mandatum illud nostrum non alia de causa dedimus, quam ut concordiam inter dictos Sebastianum Montelupi et Petrum Maffonem, per R. dominum S. Sedis Apostolicae apud nos legatum factam, auctoritate etiam nostra firmaremus, nolumus sane, ut quispiam ejusmodi mandato nostro, ad tollendam aut quacumque ex parte enervandam concordiam illam inter partes factam, abutatur: quam nos concordiam in omnibus, et per omnia ratam habemus, et confirmamus, firmiterque ab omnibus observari volumus. Alterum est, quoniam inter alia ejus concordiae capita, illud est vel praecipuum ut potioritas quidem et prioritas juris ad possessionem dictorum bonorum Jacobi Gastgeb, penes Maffonem remaneat, ejusmodi tamen possessio non prius ipsi assignetur, quam taxata ante omnia in spatium duorum mensium domo ipsius Gastgeb Cracoviae consistente, ideirco f. vestrae antequam ad possessionem dicto Maffoni assignandam devenerint, primum et ante omnia domum ipsam, cum omnibus ipsius pertinentiis, ex officio suo ordinario, juste ac legitime taxent, taxarique faciant, secundum ea, quae prioris illius mandati nostri litteris fusius continentur: quae quidem omnia hic pro expressis haberi volumus. Quod si autem domus illa cum pertinentiis taxata, summam 3760 fl. aequaverit, tum possessionc quidem ejus domus Maffoni assignata, reliquorum bonorum mobilium et immobilium, quae supersunt, et ad dictum Jacobum Gastgeb pertinebant, inprimis autem horti et domunculorum ad hortum pertinentium, ac in *Kawiori* jacentium, possessionem praedicto Sebastiano Montelupi, uti secundo creditori in summa 4700 fl. ad fiscum nostrum pertinente, dent et assignent, darique et assignari faciant, secundum

contenta concordiae factae, ad quam f. vestras in omnibus rejicimus, et relegamus, et quam nos a partibus firmiter et inviolabiliter, in omnibus punctis et clausulis observari volumus, sub poenis, in ipsa concordia contentis, et inter partes vallatis. F. autem vestris mandamus serio, omnino habere volentes, ut in exsequendis litteris superioris mandati, aut declarationis nostrae, a praesenti nostra declaratione ne discedant, sed juxta eam in omnibus se gerant, sub poena in dictis litteris nostris contenta. Pro gratia nostra.

Dat. Lublini 25 Maji Anno domini 1569.

XLV.

Instructio rerum agendarum nomine S. R. Majestatis Venerabili Stanislao Clodzinski, Cantori Cracoviensi, et Secretario atque Agenti Majestatis ipsius Neapoli. Dat. Lublini die ultima mensis Maji Anno domini 1569.

Sigismundus Augustus etc.

Ex his, quae Venerabilis Stanislaus Clodzinski, Agens noster, tum in Cancellaria nostra vidit, tum etiam partim ex nobis ipsis, partim ex R. Episcopo Posnaniensi et Vicecancellario Regni nostri, et caeteris, qui cum mandato nostro alloquuti sunt, audivit, magnam partem Instructionis habere poterit ad ineundam rationem, quam sequatur, in negotiis nostris sibi commissis.

Praeterea autem cum Neapolim venerit, ex Ticinio et Stempovio, Agentibus nostris, in quorum locum mittitur, reliquum hauriet, et cum statum causarum, ac negotiorum nostrorum ex ipsis cognoverit, omnia, quae hic vidit et audivit, ad ea accommodabit. Quod cum fecerit, non magnopere indigebit Instructione aliqua scripto comprehensa. Verum

tamen ne in hoc quoque genere aliquid in nobis desiderari possit, haec fere habuimus hoc tempore, quae illi scripto injungenda esse existimavimus.

Principio Romam cum venerit, litteras R. Protectori regni nostri, et caeteris Cardinalibus nomine nostro reddet, utque illi aditus ad S. D. nostrum pateat, procurabit.

Ac salutata quidem de more Sanctitate ejus suppliciter, et redditis fidei litteris, deferet verbis quam honestissimis poterit, studium nostrum ad S. ejus, nostramque filii observantiam S. ipsius, sedisque adeo Apostolicae in regno nostro amplitudinem pertinere videretur, id S. ejus semper in nobis promptum ac paratum fere ostendet.

Rogabit autem S. ejus nostro nomine, ut vicissim Sanctitas ipsius res, negotiaque nostra, regnique nostri omnia commendata sibi habeat, sic ut, quacumque tandem ratione recte posse videatur, paternam nobis suam gratiam et benevolentiam in omnibus declaret. Inprimis autem in iis expediendis negotiis, quae nobis in regno Neapolitano cum S. nepote nostro, electo Hungariae rege intercedunt, si quidem ea negotia Agens noster nondum esse ad eam rationem expedita didicerit, ad quam nos velle ac cupere non ignorat, dabit operam, ut, postquam advenerit, S. ejus oratione sua inflammet, ad suscipiendum patrocinium nostrum in re tam aequa et honesta.

Cum enim nos a multis jam annis falsitatem ejus testamenti redarguamus, quod S. olim parens nostra falso ab iniquis et scelestis quibusdam hominibus condidisse dicitur, ad convincendumque eam falsitatem multum operae et laboris, multum etiam temporis, multa denique aureorum millia, expenderimus, et, si aequo judicio agere nobis concessum fuisset, jampridem convicissemus: idque non tam haereditatis ullius gratia, quam pietatis nostrae causa faciamus: profecto S. nepos noster, si eadem pietate in aviam suam, qua nos in matrem nostram, et si eadem benevolentia erga nos, qua nos erga ipsum sumus, videri voluisset, debuit institutum potius nostrum adjuvare, quam cum inimicis suis et nostris, testa-

mentum falsum, et a nobis oppugnatum, pro vero agnoscere, legatum ex eo petere, sumptum autem et laborem omnem nostrum, in oppugnando eo testamento per nos susceptum, in nihilum redigere, cum magna et sua, et nostra, et matris nostrae aviaeque suae defunctae indignitate, praesertim cum nos de nostro parati eramus: Serenitati ipsius tantundem numerare, quantum illa sibi in hoc conficto et assimulato testamento legatum fuisse asserit, dummodo ne legato ipso petendo, falsum ipsum, et cum summa nostra indignitate confictum testamentum approbare aut agnoscere velle videatur.

Nunc quoniam judiciorum Neapolitanorum plurimum interest testamentum hoc, quo de agitur, in robore permanere, eo res adducta est, ut paulum admodum abesse videatur, quominus legatum id, quod S. nepos noster ex eo testamento petit, Serenitati ejus adjudicetur. Quod si fit, Serenitas quidem ipsius lucri ex eo nihil facit. Neque enim in regno Neapolitano quicquam acquirere posse is videtur, qui domui Austriacae universae hostem se esse et inimicum, Turcarum autem Imperatori Clientem profitetur; nos autem summum discrimen et periculum incurrimus, tum eorum olim sumptuum et laborum, quos in oppugnando testamento hoc falso hactenus fecimus, tum etiam earum omnium pecuniarum, quas a S. olim matre nostra in regno Neapolitano non exiguas collocatas habemus. Nos, inquam, periculum hoc incurrimus, qui domui Austriacae, et S. Sedi Apostolicae ex animo nos bene cupere prae nobis ferimus, qui Christianitatem ab hostibus finitimis, qui religionem catholicam a domesticis factionibus, magno sumptu, et majore labore defendimus, qui causam justissimam, nec nisi calumniis iniquorum hactenus extractam, habemus, qui omnibus his nominibus ita exhausti sumus, ut, si nobis praeterea ejus pecuniae Neapolitanae jactura sit facienda, magnum profecto discrimen dignitatis nostrae regiae subituri esse videamur.

Quod cum ita sit, orabit S. ejus Agens noster, ut huic malo S. ipsius medicinam aliquam salutarem inveniat; aut si

aliam tam cito invenire non potest, (res enim moram diutius non patitur) saltem judiciis Neapolitanis, pro suo in regnum illud dominio directo, motu suo proprio inhibeat, ne S. Electo Hungariae Nepoti nostro actio in illis tribunalibus detur ulla, cum is a Catholica religione se abalienaverit et ad condemnatam jampridem Arianorum haeresim defecerit.

Haec ita Agens noster apud S. ejus, tum per se, tum per eos, quos nostrarum partium esse, rebusque nostris studere animadverterit, procurabit, si quidem rem adhuc integram, neque ad eum modum per S. ejus expeditam invenerit.

Sin autem ei rei per S. ipsius ad eum modum provisum jam fuerit, secundum ea, quae Venerabili Georgio Ticinio cum S. ipsius agenda commiseramus, tum nihil aliud quam gratias S. ipsius nomine nostro aget, et in posterum negotia caetera eidem diligentissime nostro nomine commendabit.

Atque haec quidem fere Romae. In adventu autem suo Neapolim, principio statum omnem negotiorum nostrorum cognoscere studebit ex Agentibus nostris, qui id munus ante se sustinuerunt. Quam ad rem Advocatos etiam ipsos adjunget: ut, quoniam illorum consilio omnia nostra negotia erunt illi procuranda, intelligat jam tum, praesentibus Agentibus iis, in quorum ipse locum succedit, quantum simul de Advocatorum studio polliceri, quantum etiam de successu negotiorum nostrorum sperare debeat, inprimis autem quid illum agere, et quam rationem in procurandis negotiis nostris sequi oporteat.

Deinde res nostras omnes, inprimisque scripturas, quae sunt in manibus Agentium nostrorum, ad se recipiet, in suaque potestate habebit, et earum praesidio in negotiis nostris, pro eo ut necessum fuerit, utetur.

Tum ad rationes ab Agentibus ipsis nostris exigendas animum convertet. Earum autem meminerit duo esse genera. Unum genus eorum, quae, post mortem Pauli Stempowski, nostro nomine accepta et expensa sunt. Quarum quidem rationum reddendarum, officium utrisque Agentibus

nostris in solidum incumbit. Alterum genus eorum, quae vivente etiamnum Paulo Stempowski, per totum id tempus, quo, post decessum R. domini Episcopi Posnaniensis moderni, illi loco atque muneri praefuit, accepta item sunt et expensa. Quod quidem proprie ad Stanislaum Stempowski, defuncti Pauli fratrem et haeredem, pertinet.

Ac in priore quidem genere rationum exigendarum, ita se geret Agens noster, ut inter caetera illud provideat, ne expensa in sumptum interea utriusque Agentis nostri, ultra assignationem nostram, factam Generoso quondam Paulo Stempowski, vel minimum excedere videantur. Quod ipsos etiam illos Agentes nostros, in quos hic ejusmodi sumptus factus est, provisuros esse non dubitamus.

In altero autem genere, etsi nolumus rationes has ejusmodi per ipsum, aut per quempiam alium, praeter nos ipsos, componi et concludi, illud tamen volumus, ut, quicquid in ipsis aut dubii, aut obscuri esse deprehenderit, quod majore aliqua certitudine, aut declaratione opus habere videatur, illic potius rationem et veritatem omnium ostendi sibi et explicari jubeat; ut ne necesse habeamus iterum eadem de re pro documento earum rationum Neapolim remittere.

De argento et supellectili, deque rebus caeteris, propriis Pauli Stempowski, nullam fratri haeredi difficultatem faciet, neque committet, quominus de eis liberam habeat disponendi facultatem. Qua in re adjuvabit illum potius, et praesto illi erit auctoritate nostra, quam ut eum debeat impedire. Neque enim propositi nostri est, rebus defuncti nos immiscere, dummodo haeres rationem nobis referat de iis, quae per defunctum, vel percepta sunt nostro nomine vel expensa.

In utroque autem genere rationum exigendarum, capita tam acceptorum, quam expensorum diligenter adnotabit, et, ne quid uspiam cum detrimento nostro factum aut admissum esse appareat, providebit.

Homines externos ab exaudiendis et exigendis ejusmodi rationibus amovebit, ne per curiositatem illorum res, quas

maxime celari oporteret, et pernoscantur interius, et deinde, ubi minime opus sit, divulgentur.

Rationes ipsas diligenter et exacte adnotatas, signoque, et manu sua consignatas, ad nos per ipsum Stanislaum Stempowski mittet, ut deinde per nos ipsos his omnibus manus suprema imponi possit.

His itaque perfectis, Ticinius quidem Romam ad stationem suam, Stempowski vero ad nos redibunt.

Mittet nobis per Stempovium Agens noster Inventarium, diligenter confectum, omnium rerum et scripturarum, in manus istic suas receptarum, tum etiam indicem omnium negotiorum, quae ibi per eum vel nunc, vel postea agenda esse videbuntur.

Laurentii Papacodae, qui in custodia esse dicitur, accusationem de expilata haereditate, de consilio Advocatorum nostrorum aut instituet, aut, si instituta est, prosequetur, quam ad rem litteris mandati nostri ipsum instruximus.

Causam adversus S. nepotem nostrum de legato praetenso, si auxilio S. Sedis Apostolicae tollere in universum non poterit, ad eam rationem tuebitur et defendet, quam ex exemplo litterarum nostrarum, ad Paulum Stempovium olim missarum, cognoscet.

Stipendia aliorum cum solvet, Camillo de Rossis non solvet, quin potius revocationem nostram ejus stipendii, quam fecimus, ad exitum quamprimum deduci studebit. Facit enim ingratitudo ejus hominis, ut assignato sibi a nobis stipendio privandus videatur. De quo est etiam in illis judiciis actio intentata.

Si quid praeterea causarum nostrarum illic aut est, aut postea erit, in omnibus diligentiam et fidem suam nobis Agens probare contendet. In omnibus autem rebus a consilio Advocatorum nostrorum temere non discedet.

Stipendio a nobis annuo, mille et quingentorum aureorum Hungaricorum, contentus erit. Sicuti etiam Paulus Stempowski dum vixit contentus fuit. Volumus autem ut

assignati ejus stipendii tempus currat a prima die mensis Maji, qui mensis nunc jam in exitu est.

XLVI.

Plenipoteutia data a Regia Majestate Clodinio [1]) in negotio Barensi.

Sigismundus Augustus etc.

Per praesentes litteras significamus, quorum interest, universis, quod cum in regno Neapolitano sint multa bona, redditus, ac introitus, et nomina debitorum Majestati nostrae debita recuperanda, seu recuperata, expediensque sit Majestati nostrae dicta bona, introitus, et redditus, regere, gubernare, locare, alienare, et vendere, et nomina debitorum exigere, propterea constituimus nostrum Procuratorem, Venerabilem Stanislaum Clodzinski, Canonicum Cracoviensem, Secretarium et agentem nostrum, cum potestate, dicta nomina debitorum exigere, ac consequi, et habere, recepisseque, et habuisse confiteri, eos, qui debuerint et solverint, vel aliquo modo satisfecerint, quietare, in ampla forma redditus atque introitus, et bona praedicta exigere, regere, gubernare, locare, alienare et vendere, tam cum pacto de retrovendendo, quam sine, evictionem permittere. Item ad nomine Majestatis nostrae capiendum ad cambium, et recambium, ad quodcumque interesse, pro quibuscumque mundi partibus et terris, semel, bis, ter, et toties, quoties ipsi nostro procuratori melius visum

---

[1]) Ksiądz Stanisław Kłodziński naznaczony na miejsce Ticiniego i Stempowskiego agentem w Neapolu, 1569 r. Niesiecki, rzeczonego Kłodzińskiego i innych z tegoż domu nazywa *Kłodnickiemi.* W dawnych aktach z XVI i XVII wieku, zwano ich raz Kłodzińskiemi, w innych znów dokumentach Kłodnickiemi.

fuerit et placebit, a quibuscumque hominibus et personis, etiam mercatoribus seu bancheriis, omnes et quascumque pecuniarum quantitates, magnas sive parvas, et quantumcumqué maximas, illasque restituere et satisfacere permittendum in illis terminis, et pagis, aut temporibus, et sub illis pactis, conditionibus et modis, prout sibi convenire poterit, nec non acceptandum quascumque litteras cambii, continentes quascumque solutiones quarumvis pecuniarum, ad quamcumque summam ascendentes, praesentandas ipsi procuratori nostro, pro Majestate nostra mittendas, per quosvis homines, seu aliter respondendum, prout dicto procuratori nostro videbitur et placebit. Item ad nomine Majestatis nostrae fide jubendum, et quascumque fidejussiones faciendum, quibuscumque hominibus et personis, quarumvis pecuniarum quantitatibus, et summis etiam per publica instrumenta, et dictas pecuniarum summas fide jubendas solvere permittendum. In terminis placitis, et conveniendis, cum obligatione bonorum, atque alia adimplere, quae circa praedicta erunt necessaria et opportuna, cum potestate substituendi unum vel plures procuratores cum simili vel limitata potestate, et rursum eosdem revocandi. Promittimus autem ea omnia, quaecumque per eundem superius nominatum procuratorem nostrum, ad eas res exigendas, gesta, tractata, dicta factave erunt, nos rata, firma habituros, atque ea in omnibus clausulis et conditionibus conservaturos esse. In cujus rei fidem et testimonium hisce litteris manu nostra subscripsimus, et sigillum nostrum apprimi jussimus. Dat. Varsaviae die 28 Septembris Anno domini 1569.

Dat. Lublini 24 Maji Anno domini 1569.

XLVII.

Sigismundus Augustus etc [1]).

Significamus his litteris nostris, quorum interest, universis,

[1]) Jest to druga, treściwsza plenipotencya, wydana Stanisławowi Kłodzińskiemu, do działania w sprawie o sukcessyę w Neapolu.

quod cum Majestatis nostrae nomine sint querelandi coram Illustrissimo vicerege regni neapolitani, et in regiis tribunalibus dicti regni, nonnulli homines et personae, pro aliquibus causis et furtis diversimode commissis: harum serie constituimus, facimus et deputamus procuratorem nostrum Venerabilem Stanislaum Clodzinski etc. ad nomine Majestatis nostrae comparendum in quocumque regio tribunali regni praedicti, et quascumque querelas exponedi contra quascumque personas, pro quibuscumque rebus et causis, ad Majestatem nostram quomodolibet spectantibus et pertinentibus, dictasque querelas prosequendum, partemque in judicio faciendum, et appellandum, appelationesque prosequendum, suspectos judices allegandum, unum vel plures loco sui substituendum, et demum omnia et singula alia faciendum, quae in praemissis, et circa ea una cum dependentibus et emergentibus, quomodolibet necessaria fuerint et opportuna. Promittimus autem ea omnia, quae per superius nominatum procuratorem nostrum acta, tractata, gestave fuerint, nos rata et firma habituros esse. In cujus rei fidem etc.

Dat. Lublini die 24 Maji Anno domini 1569.

XLVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Pontifici Romano.

Beatissime pater etc. Cum mitterem istuc Venerabilem Stanislaum Clodzinski, Canonicum Cracoviensem et Secretarium nostrum, in locum demortui anno superiore Agentis mei, Neapolim, mandavi illi ut S. Vestram meo nomine accederet, ad eamque de rebus meis nonnullis referret. Quaeso S. vestram, ut illum benigne audiat, fidem verbis illius habeat, et, quae ex ipso intellexerit, in iis mihi paternam suam benevo-

lentiam praestet. Commendo me, dominiaque mea in gratiam et protectionem S. vestrae.

XLIX.

Sigismuudus Augustus etc.

Cardiualibus Farnesio, Savello, Alexaudriuo, Coumeudouo, Sirleto, Ferrario, Trideutino, Augustauo [1]).

R. in Christo pater, amice noster charissime. Cum mitteremus in negotiis nostris Neapolim Venerabilem hunc Stanislaum Clodzinski, Canonicum Cracoviensem, Secretarium et Agentem nostrum, mandavimus illi, ut P. vestram nostro nomine salutaret, amoremque et benevolentiam nostram ad eam deferret. Postulamus a P. vestra benigne ut illum iis de rebus audiat, et, si quid in rebus atque negotiis nostris gratia et auctoritate ipsius usus fuerit, praestet nobis solitum studium et benevolentiam suam. Bene valere P. vestram cupimus.

L.

Sigismundus Augustus etc.

Duci Venetorum [2]).

Serenissime etc. Proficiscenti Neapolim mandato nostro, Venerabili huic Stanislao Clodzinski, Canonico Cracoviensi,

---

[1]) Wymienieni tu Kardynałowie, z któremi często korrespondował Zygmunt August, ważne zajmowali stanowisko w ówczesnym kościele: Alexander Farnese, Savelli, Michał Bonellus zwany Alexandrinus, Commendoni, Wilhelm Sirleti, Hippolit D'Este (Ferrarski) i Otto Truchses (Augustanus).

[2]) Piotr Loredano, Doża Wenecki od 1567 do 1570 r.

Secretario et Agenti nostro, mandavimus, ut Serenitatem vestram nostro nomine salutaret, benevolentiamque nostram illi deferret. Non dubitamus illum a Serenitate vestra benigne auditum iri, qui si quid praeterea in rebus vel suis vel nostris ad auctoritatem Serenitatis vestrae se contulerit, postulamus a Serenitate vestra, ut illi demonstret gratiam et benevolentiam suam. Bene valeat S. vestra. Dat.

LI.

Sigismundus Augustus etc.

Stempovio et Ticinio.

Venerabilis devote et nobilis f. n. dilecte. Na miejsce wasze, albo raczej na miejsce nieboszczyka Pawła Stempowskiego, Agenta naszego, posyłamy X. Kłodzińskiego, Kanonika Krakowskiego a Sekretarza swego. A tak, wy wszystkie sprawy nasze, i listy do tego należące, jemu zupełna oddajcie, a co wam kolwiek imieniem naszem powie, w tém mu wiarę dajcie, i we wszystkich rzeczach tak go tam miéjcie, jako właśnie Agenta naszego. Interim sami wy, X. Ticzinie, do Rzymu na miéjsce swoje, a ty Stempowski do nas przyjedź, abyśmy liczby po nieboszczyku bracie twoim przesłuchać mogli, którą jeśli słuszną obaczymy, z łaską od w. m. przyjmować będziemy. Dat.

LII.

Sigismundus Augustus etc.

Viceregi Neapolis.

Illustrissime etc. Mittimus istuc, in locum demortui anno superiore Agentis nostri, Venerabilem hunc Stanislaum Clodzinski, cui nonnulla Illustritati vestrae nostro nomine referri jussimus. Postulamus ab Illustritate vestra, ut et nunc, et quoties deinde opus fuerit, aures illi benignas praebeat,

verbisque ipsius non minus quam nostris fidem adhibeat, et, quacumque in re ad Illustritatis vestrae auctoritatem recurrerit, sentiat se ad eum recurrere, qui et justitiam inprimis amet, et benevolentiam nostram charam habeat. Bene valere Illustritatem vestram cupimus. Dat.

LIII.

Sigismundus Augustus etc.

Advocatis.

Magnifici s. nobis dilecti. In locum demortui anno superiore Pauli Stempovii, Agentis nostri, mittimus istuc Venerabilem hunc St. Clodzinski etc. Hortamur S. vestras, ut verbis ipsius fidem habeant, et eum omnibus in rebus ita tractent, uti is tractandus est ab Advocatis nostris, quem nos negotiis nostris praefectum esse voluimus. Nos autem mandavimus illi, ut in negotiis nostris consilio S. vestrarum confidentissime utatur. Dat.

LIV.

Sigismundus Augustus etc.

Brancatio.

Magnifice s. n. d. Mandavimus huic Venerabili St. Clodzinski etc., quem istuc, in negotiis nostris, in locum demortui Pauli Stempowski, mittimus, ut is S. vestrae gratiam et benevolentiam nostram regiam nuntiaret, et, si quibus in rebus opus esset, studio et opera S. vestrae in regno illo uteretur. Non dubitamus S. vestram et fidem illi semper esse habituram, et negotia nostra ita esse adjuturam, uti res et tempus exposcere videbuntur, et uti nos nobis de S. vestra pollicemur. Rem fecerit nobis gratissimam. Dat.

LV.

Sigismundus Augustus etc.

Barsio.

Illustris et Magnifice s. n. d. Acześmy to dawno W. M. zlecili, iż w czémbykolwiek Agenci nasi z Neapolim do W. M. w rzeczach naszych pisali, żebyś im tam W. M. pilnością i gotowością swą do wszystkiego respondował. Wszakoż teraz, posyłając tam X. Kłodzińskiego, Sekretarza i Agenta naszego, toż powtórzycieśmy chcieli. Rozkazując W. M., abyś W. M., nie czekając pisania naszego od nas w téj mierze, wszystko tak sprawował, jako on do was za potrzebą naszą a radą Adwokatów pisać będzie. Pro gratia nostra. Dat.

LVI.

Expedycya X. Kłodzińskiego die ultima Maji w Lublinie.

Instructio.

Plenipotentia ad exigendum.

Plenipotentia contra Papacodam, cujus exemplum vide datum Ticinio 18 Maji, obiedwie pargaminowe.

Litterae passus.

Litterae stipendii jego.

Litterae stipendii Ticinowego.

Litterae stipendii Brancatii.

Mandat do tegoż.

List do Papieża.

Do Kardynała Alexandrina.

„ „ Farnezego.

„ „ Commendona.

„ „ Savella.

Trzy listy bez tytułów do Kardynałów.

Ticinowi z Stempowskim.
Brancacemu dwa.
Adwokatom.
P. Barzemu.
X. Weneckiemu.
Vicerejowi.

Alibi requirenda.
- Exemplar litterarum do Stempowskiego, o grób Królowéj.
- Exemplum litterarum o Królewicza Węgierskiego.

LVII.

Sigismundus Augustus etc.

Braucatio.

Magnifice s. n. dilecte. Intelleximus ex litteris S. vestrae et Agentium, atque Advocatorum nostrorum Neapolitanorum, summo studio et voluntate S. vestram accessisse ad negotia nostra, a quibus hactenus temporibus ipsis excludebatur. Quae res cum nobis a S. vestra pergrata acciderit, volumus plane S. vestram existimare, se hoc suum officium optime esse posituram. Quicquid enim a rege gratissimo proficisci recte poterit ad augendam et ornandam S. vestram, ejus rei nullam unquam occasionem praetermittemus. Nunc per eum Agentem nostrum, quem heri a nobis dimisimus et Neapolim ire jussimus, in locum demortui Pauli Stempowski, assignavimus S. vestrae ejusmodi stipendium, quod illi in istis initiis non ingratum fore arbitramur. Deinceps, quo res istae nostrae opera S. vestrae melius processerint, hoc erga se S. vestra gratiam et benevolentiam nostram uberiorem cognoscet. Nos quidem magno animo sumus, nihil in studio et diligentia S. vestrae rebus nostris esse defuturum. Vicissim autem S. vestram de gratia et benevolentia nostra magno plane animo

esse volumus. Summa est, ut S. vestra res nostras curae habeat, in iisque explicandis, et ad optatum finem deducendis quam maxime elaboret; sic quidem ut, quemadmodum scribit ipsa S. vestra, plane intelligamus, magno intervallo obsequia eorum omnium, qui hactenus ex Italis in negotiis nostris sunt versati, superari ab officiis erga nos S. vestrae.

Dat. Lublini 1 Junii Anno domini 1569.

LVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Ticiuio et Stempovio.

Venerabilis devote et nobilis, fidelis nobis dilecte. Acz tam już jedzie X. Kłodziński na miejsce wasze, któremuśmy i te i insze rzeczy imieniem naszém zlecili, wszakoż jednak chcemy i rozkazujemy, abyście w przedsięwzięciu swojém nie ustawali, a nic nie opuszczali eorum, quae ad negotiorum coeptorum expeditionem pertinere videbuntur, dotąd aż nadjedzie X. Kłodziński, którego potém o wszystkiém informujcie dostatecznie, a o to się starajcie, jakoby się nam jeszcze przez was co dobrze posłużyło w tych rzeczach, które się zaczęły.

Mamy za to, iż za tém ofiarowaniem Camilli Brancatii, o którém z listów jego i waszych rozumiemy, wszystko wam sporzéj pójdzie, bo wiemy to dawno, iż nam może dobrze posłużyć, teraz też z pisania jego i waszego i Adwokatów widzimy, iż chce. A tak wy téj okazyi i sobie do przysługi naszéj, i nam do ułacnienia wiele rzeczy naszych nie opuszczajcie. Assygnowaliśmy na ten czas temu to Camillo Brancatio, loco stipendii annui dwanaście set dukatów Neapolskich, abyśmy go tém chutliwszym do posług naszych uczynili, który list przez X. Kłodzińskiego oddan mu będzie. A jeśli potém rzeczą tego doznamy, co sobie teraz o nim obiecujemy,

tedy będziemy mu to hojniéjszą łaską naszą nagradzać gotowi. Jakoż się spodziewamy, iż się na chęci i życzliwości jego nie omylimy.

Z Królewiczem Jego M. jako postąpić macie, ex sententia nostra, tośmy już wam znać dali, bo iżeśmy już wszytkiego pokusali ad concordiam ineundam, a byliśmy od niego cum conditionibus nostris repudiati, non videtur esse dignitatis nostrae inaczej w tém postąpić, jedno jako się tam wam napisało. A wszakoż, jeślibyście wy tam co takiego rozumieli, zaczémbyśmy się z Królewiczem Jego M. pogodzić mogli, możecie tam sami z siebie tego pokosztować. O czém da wam znać szerzéj X. Podkanclerzy.

Inwentarza tych rzeczy, które Królowa J. M. nieboszczka matka nasza z Korony do Włoch wywiozła, przy sobie nie mamy, a nakoniec ani tuszymy, abyśmy go gdzie między rzeczami naszemi mieli, bo pamiętamy, iż to miało być przy Gianjacomo Calco, którego tam źli ludzie struli, i o gardło przyprawili, jednak przedsię powoli poszukać każemy, jeśli się co najdzie, bez mieszkania poślemy.

Dat. Lublini 1 Junii Anno domini 1569.

LIX.

Sigismundus Augustus etc.

Advocatis.

Magnifici s. n. dilecti. Acquiescimus interea in ea ratione procedendi contra Papacodam, quae judicio vestro expeditissima esse est visa. Hortamur autem nihil ut praetermittant, quae ad urgenda ac promovenda negotia nostra pertinere videbuntur. Quam quidem ad rem, etsi permultum omitto, quod in fide et diligentia S. vestrarum positum esse existimamus, tamen ad eum cumulum fidei et diligentiae vestrae, magnam accessionem esse factam arbitramur singulari hoc studio Ma-

gnifici Camilli Brancatii, de quo ad nos tum ipse ille scribit, tum etiam S. vestrae. Quod cum ita sit, ne desitis occasioni, et cum se res dant, tum industria quoque S. vestrarum in rebus ejusmodi promovendis, magis ac magis enitescat. Camillo Brancatio stipendium constituimus, quale in his initiis potuimus, et in his etiam angustiis aerarii nostri. Successu temporis, quo meliore loco res illae nostrae Neapolitanae fuerint, hoc major illi ad uberiorem nostram gratiam et benevolentiam aditus patebit. Mandatum plenipotentiae in causa Papacodana, secundum formam ad nos a S. vestris missam, jampridem istuc mitti jussimus. Caetera ex ipsis Agentibus nostris S. vestrae cognoscent. Dat. ut supra.

Addatur ad titulum Advocatorum etiam Marsilius Settarus.

LX.

Sigismundus Augustus etc.

Brancatio.

Magnifice s. n. d. Quam gratum nobis exstiterit studium S. vestrae, quo se ostendit accedere ad obsequia nostra, aliis litteris ostendimus. Nunc cum dimitteremus a nobis Venerabilem hunc Stanislaum Clodziński etc. has illi litteras dare voluimus, quibus S. vestram certiorem facimus, assignatam illi per nos esse mille et ducentorum ducatorum pensionem annuam, quam interim non dubitamus S. vestrae gratam fore, usque dum, rebus istic nostris ad meliorem aliquem locum adductis, majorem gratiam nostram S. vestrae declarare poterimus. Non dubitamus enim industria et labore ac opera S. vestrae res istas nostras, quae hactenus fluctuare videbuntur, in dies meliore loco fore. Huic Agenti nostro aderit, istic consilio et opera sua S. vestra, in negotiis nostris, quae S. vestrae etiam atque etiam de meliore nota commendamus. In quo quidem rem nobis fecerit gratissimam.

Dat. Lublini 2 Junii Anno domini 1569.

LXI.

Sigismundus Augustus etc.

Magnifico Marco Antonio Resonico et ejus societatis sociis, negotiantibus Venetiis, grate nobis dilectis.

Gratiam nostram etc. Magnifici grate nobis dilecti. Perscripserunt ad nos Venerabilis Georgius Ticinius, et nobilis Stanislaus Stempowski, Agentes nostri Neapoli, misisse ad Gr. vestras per viam cambii tredecim millia trecentos triginta quattuor ducatos Neapolitanos, ad eum modum, de quo inter illos et Gr. vestras est conventum. Certiores autem nos fecerunt Gr. vestras de ea pecunia id esse facturas, quodcumque litteris nostris mandaretur. Quamobrem Gr. vestras scire volumus, deliberatum nos et constitutum hoc, ut haec summa, ut supra, aut certe valor ejus summae legitimus, quemadmodum ea summa per viam cambii ad manus Gr. vestrarum pervenit, statim, visis his litteris nostris, nec ullo alio sive a nobis, sive ab ipsis Agentibus nostris mandato exspectato, detur in manus Francisci Bambugini, mercatoris Florentini, correspondentis istic Nobilium Bernardi et Caroli Soderinorum et reliquorum ex ea societate, quae Cracoviae in regno nostro negotiatur, servitorum nostrorum. Itaque Gr. vestrae sic et non aliter facient, eamque summam, vel ejus valorem, dicto Francisco Bambugini solvent, et assignabunt, acceptis ab ipso quietationis litteris, solutam esse summam supradictam mandato nostro. In cujus rei etc.

Dat. Lublini 2 Junii Anno domini 1569.

LXII.

Sigismundus Augustus etc.

Ticinio et Stempovio.

Venerabili Georgio Ticinio et nobili Stempovio. Perscripserant ad nos D. et F. vestrae misisse se Venetias per viam cambii in manus Magnifici Marci Antonii Resonici et ejus societatis sociorum, negotiantium Venetiis, tredecim millia trecentos triginta quattuor ducatos Neapolitanos, ad eum modum, de quo inter illos et praedictos negotiatores est conventum. Certiores autem quoque litteris vestris facti sumus praedictum Magnificum Marcum Antonium Resonicum, et societatem ejus de ea pecunia id esse facturos, quodcumque nos litteris nostris mandaremus. Nunc igitur D. et F. vestris mandamus, perficiant quamprimum, visis his litteris nostris, et nullo amplius a nobis alio mandato exspectato, ut ea pecunia tredecim millium trecentorum triginta quattuor ducatorum Neapolitanorum, aut certe valor ejus summae legitimus, quemadmodum ea summa per viam cambii in praedictorum negotiatorum manus Venetias pervenit, detur in manus Francisci Bambugini, mercatoris Florentini, correspondentis Venetiis Nobilium Bernardi et Caroli Soderinorum et reliquorum ex ea societate, quae Cracoviae in regno nostro negotiatur, servitorum nostrorum. Quamobrem D. et F. vestrae sic et non aliter facient, litteras autem quietationis accipi jubebunt ad significandum summam supradictam mandato nostro esse persolutam. In cujus rei fidem etc.

Dat. Lublini 2 Junii Anno domini 1569.

LXIII.

Sigismundus Augustus etc.

S. Montelupi.

Nobilis f. dilecte. Post eum contractum, quem de rationibus postae nostrae Varsaviae cum F. tua feceramus, ita cum Petro Maffone, qui hactenus postae ipsi praefuit, constitutum habebamus, ut administratio quidem ipsius non ultra mensem Julium, cujus dies in proximo jam sunt, protenderetur; sed ut, decurso Julio, ad F. tuam confestim devolveretur. In quo ipso nunc etiam libenter persistimus. Quamobrem, ne quid forte incommodi ad nos negotiaque nostra perveniat, si qua intermissio a continuo cursu postae nostrae fuerit, volumus, ut jam nunc F. tua ita se comparet, ut ineunte statim mense Augusto, qui Julium consequitur, administrationem postae nostrae plene, ac perfecte ad se de manibus praedicti Petri Maffonis recipiat, eamque ita gerat, uti fides ipsius erga nos et diligentia maxime requiret. Neque aliter faciat pro gratia nostra.

Dat. Lublini die 6 Junii.

LXIV.

Sigismundus Augustus etc.

Ticinio et Stempovio.

Debemus Soderinis, mercatoribus Cracoviensibus et Servitoribus nostris, certi et liquidi debiti florenos regni nostri communes, per triginta grossorum florenos singulos computando, 7766 gr. 14, hoc est, florenorum septem millia septingentos sexaginta sex et grossos quattuordecim. Reducendo autem totam hanc summam florenorum nostratium ad

ducatos communes Neapolitanos, aestimatisque singulis ducatis per gr. nostrates Polonicos triginta quinque cum medio, facit, ut videtur, summa, ducatos communes Neapolitanos 6563 gr. 7½, id est, ducatos Neapolitanos sex millia quingentos sexaginta tres et gr. polonicos septem cum medio. Quoniam autem rerum ac negotiorum nostrorum magnopere interest, hanc summam praedictam quamprimum ipsis solvi, mandamus D. et F. vestris, sic omnino et non aliter habere volentes, ut ex prima pecunia, quae ad manus D. et F. vestrarum pervenerit undecumque, dent F. vestrae et numerent, darique et numerari jubeant ante omnia, sine mora et procrastinatione ulla, Soderinis ipsis, vel eorum vices gerentibus, et Agentibus, summam praedictam pecuniariam, quae ipsis debetur. Volumus autem ut F. vestrae ita facient pro gratia nostra, nec ullam excusationem adhibeant ad differendam aut procrastinandam diutius hanc solutionem. Dat.

LXV.

Sigismundus Augustus etc.

P. Barzemu.

Illustris et Magnifice s. n. d. Mieliśmy tego czasu list od W. M. de data Martii, z którego wyrozumieliśmy, iżeś W. M. nic nie zwątpił do tych czasów o rzeczach naszych, o których tu do nas po te czasy takie i owakie słuchy przychodziły. Życzylibyśmy zaprawdę tego i sobie i W. M., aby te, cośmy W. M. zlecili, dobry a już rychły koniec wzięły, za staraniem W. M., bo spomniawszy sobie W. M. na czas i na naklad, który się strawił na tych rzeczach, snadnie to W. M. obaczysz, iżby już potrzeba temu koniec uczynić, a co innego przedsięwziąść. Jakoż my zaprawdę co consilio potissimum sprawę tych rzeczy na W. M. włożyliśmy, żeśmy są téj opinii o W. M., iż za przyłożeniem pilności, będziesz mógł temu

esse, sed etiam novis quotidie et majoribus propemodum difficultatibus intricari, volumus, ut D. tua tanto magis negotium hoc, apud Caesaream Majestatem, etiam nostro nomine promoveat, quanto majori praesidio opus habere, quantoque item majori nobis curae esse intelligit, omnino pergratum nobis fuerit, eum, quam primum fieri poterit, difficultatibus istis tandem liberari.

Dat. Lublini quinta Julii Anno domini 1569.

Cedula ad Podoscium a D. Vicecancellario.

Po napisaniu listu tego byłem u Króla J. M., gdzie mi J. K. M. kazał przypisać to do W. M., abyś W. M. upewnił w tém Cesarza J. M., że J. K. M. dniem jednym nie uchybi tego czasu naznaczonego ku spólnemu zjechaniu z J. C. M., to jest diem 26 Septembris, jako J. K. M. poślednim listem swym dał znać Waszmości.

LXXXVI.

Sigismundus Augustus etc.

S. Clodinio.

Venerabilis d. n. d. Piszą nam z Neapolim i z Rzymu, iż S. D. noster raczył się dobrze deklarować pro nobis przeciw Camillum de Rossis. A tak przyjechawszy wy do Rzymu, nie sollicytujcie nic daléj apud S. ejus w téj mierze, tylko podziękujcie ipsius Sanctitati, iż się przeciwko nam tak łaskawie deklarować raczył. Tak jako też to i w Instrukcyi, z kancellaryi wam danéj, praescriptum macie.

A iż temi czasy Królewicz J. M. Węgierski pokazuje się nam być powolniéjszym in causa praetensi legati, przeto rozkazujemy wam, abyście tam w téj kauzie nic acerbe przeciw

J. M. nie postępowali, tylko abyście doglądali, żeby przeciwko nam milczkiem prawa nie przewiedziono. A my zatém przypatrywać się będziemy, jako daléj z nami J. M. postępować będzie, i damy o wszystkiém znać wam.

Dwa soroki soboli, które tam są własne nasze, tak pamiętamy, żeśmy je byli wam dać kazali Viceregi. Ale żeśmy teraz sobie spomnieli, iż mu je już snać przedtém dawano imieniem naszém, a on ich nie chciał, tedy dowiedziawszy się tego pewnie, jeśliby tak było, zadzierżcie się z nimi, nie dając ich ani Vicerejowi, ani nikomu innemu, aż do inszéj nauki naszéj, bo gdzieby się te sobole Vicerejowi nie dały, musielibyśmy o czém inném pomyśléć, coby się od nas J. M. za upominek dać mogło.

Sprawy nasze wszystkie w dobréj sprawie i na dobréj pieczy miéjcie, biorąc dobrą informacyą zarazem o wszystkiém od tych, którzy tym sprawom hactenus nomine nostro praefuerunt. Pro gratia nostra.

Dat. Lublini VII Julii Anno domini 1569.

LXXXVII.

Sigismundus Augustus etc.

Electo Hungariae, Principi Transilvaniae.

S. princeps domine, Nepos noster charissime. Litterae Serenitatis vestrae, datae Thordae die VII Junii, de negotio causae Neapolitanae, quod nobis cum S. vestra intercedit, redditae nobis sunt hic in maximis occupationibus nostris, et quidem tanto majoribus, quanto res omnes comitiales, quae hactenus gestae ac tractatae sunt, exitum jam spectare videntur: quo quidem tempore omnia fere esse solent difficiliora. Itaque cum hoc quidem actiones comitiales nec differri ulla ratione, nec moram ullam pati posse viderentur, ne interim

Cubicularium Serenitatis vestrae diutius detinuisse videremur, eum cum his litteris ad Serenitatem vestram redire jussimus: de negotio autem nostro Neapolitano, ubi amplius consideraverimus commodiore tempore et ab his comitialibus negotiis liberiore, per nostrum Internuntium Serenitatem vestram de sententia nostra faciemus certiorem. Bene valere Serenitatem vestram cupimus.

Dat. Lublini VIII Julii 1569 [1]).

LXXXVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Clodiuio.

Venerabilis d. n. d. Było albo i jest jeszcze pieniędzy naszych własnych ducatos Neapolitanos 13,334 przy niejakiém Marco Antonio Ressonico, kupcu w Wenecyi, które pieniądze posłano było przez Bank z Neapolim do ręku jego od nie małego czasu. Teraz, in principio Junii, daliśmy mandat z podpisem ręki naszéj, do tego to kupca, aby te pieniądze oddał Soderynom, albo agentom ich tamże w Wenecyi, tak jako z nim Agenci nasi w Neapolim mówili. Na ten list on do tych czasów nic nie uczynił, ku wielkiéj szkodzie naszéj i Soderynów, którymeśmy my byli na on czas te pieniądze za pewne przyrzekli i obiecali. Jeśliby jeszcze do tych czasów tych pieniędzy Soderynom, albo agentowi ich Francisco Bambugini ten to kupiec Ressonico nie wydał, rozkazujemy wam, abyście się w to statecznie włożyli, jakoby bez dalszéj zwłoki działo się dosyć woléj i rozkazaniu naszemu,

---

[1]) Następujący z kolei list Króla Zygmunta Augusta do Ł. Podoskiego, zamieszczony w rękopiśmie pod datą 20 Lipca, jest powtórzeniem słowo w słowo listu poprzednio pisanego do tegoż, pod datą 30 Czerwca t. r.

od tego kupca. A nakoniec, jeśli będzie potrzeba, abyście się w téj mierze o sprawiedliwość do Xiążęcia J. M. uciekli, i tę rzecz przed nim przełożyli, za tym credencem, któryśmy wam do J. M. dali, i już więc tę rzecz tak tam odprawili, jakoby Soderynowie w téj mierze kontenci byli, bo w tém agitur i szkoda Soderynów, i dignitas nasza.

LXXXIX.

Sigismuudus Augustus etc.

Camillo Brancatio.

Magnifice s. n. dilecte. Ex litteris tam S. vestrae quam aliorum intelligimus, nihil deesse in studio et diligentia S. vestrae ad causas nostras. Quod nobis quidem accidit gratissimum. Nec minus illud, quod ex litteris S. vestrae certiores simus, quid res et quid causa potissimum postulet, tam de Petro Ottola, quam de Marina Arcamona. Quos quidem utrosque quoniam S. vestra significat mirifice ad causam nostram paratos, inflammatosque esse, idcirco scripsimus Agentibus nostris non solum diligenter, sed etiam ad sententiam S. vestrae praequam accommodatissime, ut eos nomine nostro benigne et liberaliter tractarent. S. etiam vestra utrumque tam Petrum quam Marinam ipsam optima esse spe jubeat de gratia et benevolentia nostra. Ipsa autem quoque privatim S. vestra certissime sibi persuadeat, quicquid studii, diligentiae, fidei in causa nostra posuerit, id se ponere in animo Regis et principis gratissimi. Quod S. vestra ita esse per omnem occasionem semper cognoscet.

Dat. Lublini XXI Julii Anno domini 1569.

XC.

Donatio mobilium nonnullorum Barensium Religiosae Marinae Arcamonae.

Sigismundus Augustus etc.

Significamus tenore praesentium universis et singulis, quorum interest. Quod cum intellexissemus nonnulla ex rebus et monilibus, ac supellectili S. quondam dominae Bonae, Reginae Poloniae, matris nostrae desideratissimae et exstare in manibus Nobilis et religiosae Marinae Arcamonae, quae per annos complures Majestati ipsius bonam et fidelem navavit operam, quarum utique rerum vendicatio nobis forte ex jure competere posse videretur, faciendum nobis esse existimavimus ex gratia nostra, ut habentes rationem obsequiorum ipsius, quibus praedictam S. matrem nostram, dum viveret, prosequuta fuit, ea omnia, quae in manibus ipsius sunt, ipsi propria esse, eaque uti hactenus possidet, ita deinceps eam possidere auctoritate nostra juberemus. Uti quidem praesentibus litteris facimus, omniaque ejusmodi, quaecumque ad praesens ex dictis S. matris nostrae rebus, monilibus, supellectili, pecuniis, praefata Marina Arcamona possidet, ipsi jure nostro, quodcumque nobis ad ea competit vel competere possit, damus, donamus, donatione irrevocabili, perpetuo et in aevum, tenenda, habenda, possidenda et in usus suos bene placitos convertenda. De quibus omnibus non secus, ac si nobis satisfactum esset, ita eam tenore praesentium litterarum nostrarum in perpetuum quietamus. In cujus rei fidem etc.

Lublini XXI Julii 1569.

XCI.

Sigismundus Augustus etc.

Ticinio et Stempovio.

Venerabilis devote et nobilis f. nobis dilecte. Mieliśmy sobie za rzecz pewną z pisania naszego, iż pieniądze nasze, których summa jest dukatów neapolskich 13,334, alias trzynaście tysięcy trzysta trzydzieści cztery, miały być na jakiem pewném miejscu w Wenecyi, a na takiém, iż niczego inszego nie czekali, jedno rozkazania naszego. I pisaliśmy byli mandat z podpisaniem ręki naszéj do tego kupca, który te pieniądze ma, aby je był, nic nie mieszkając, oddał Soderynom, sługom naszym, albo agentom ich tamże w Wenecyi, wedla postanowienia, któreście z nim wedle tego uczynili. Lecz ten kupiec pisał nam temi czasy, iż tych pieniędzy Soderynom nie dał, składając przyczynę, iż od was żadnego zlecenia nie miał w téj mierze, aby te pieniądze dać komu miał na rozkazanie nasze. Co nas zaprawdę i od niego, i od was nie pomału obeszło: od niego, iż on, nie mając baczenia na to, że to już czas nie mały tych pieniędzy naszych używa, przedsię na rozkazanie nasze oddać ich nie chciał tam, gdzie była wola nasza. Na czém nie tylko Soderynowie, którym się na czas nie zapłaciło, tak jako się było zmówiło, ale i my sami szkodę nie małą cierpimy. Od was obchodzi nas to, żeście w takie ręce pieniądze nasze dawali. Nie wątpimy, żeście to już do tych czasów opatrzyli, iż Soderynom te pieniądze oddane są. A wszakże gdzieby jeszcze co daléj w téj mierze trudności było, rozkazujemy wam, abyście bez omieszkania wszelakiego w to tak ugadzali, jakoby w tém dłuższa zwłoka żadna nie była, ale żeby Soderynom, albo agentom ich te pieniądze w Wenecyej tedyż oddane były. Alioqui nie moglibyśmy tego od was i od tego kupca wdzięcznie przyjmować, gdzieby jeszcze Soderynowie namniej co tych pieniędzy czekać mieli,

tak iż i o interesse przez ten czas przypytaćbyśmy się chcieli. Tu też przypominamy wam takież onę summę złotych siedm tysięcy siedmset sześćdziesiąt sześć polskich w monecie i ktemu groszy 14, które żeśmy tymże Soderynom winni zostali, rozkazaliśmy byli przez list nasz, abyście im z pierwszych pieniędzy naszych, które wam do rąk przyjdą, zapłacili dukaty Neapolskiemi, rachując każdy dukat po trzydzieści i pół szósta polskich. Co i teraz znowu rozkazujemy wam, abyście inaczéj nie czynili, bo nam na tém wiele należy.

Znowu teraz Maffon, który postę do tych czasów dzierżał, upomina się nam zapłaty przez cały ten rok, który mu szedł a medio Augusti ad medium Augusti, a tego jest, jako nam sprawę daje, talerów 1850. Co jeśli tak jest, iż mu zadzierżano, a iż tak wiele (jakoż to wy snadnie tam z prowizyej jego, albo z mandatu naszego, a z regestrów waszych, albo nieboszczyka Stempowskiego obaczyć możecie), rozkazujemy wam, abyście mu zapłacili. A nadto, iż dał był X. Podoskiemu w Wiedniu, z rozkazania naszego, talerów 150, za które kupiono upominek na wesele....., tedy wam i to rozkazujemy, abyście mu zapłacili. To tak około zapłaty tym, którym się dłużno.

Dają też nam znać, a mianowicie Marsilio Settaro pisze o jakiéjś praktyce Papagodzinéj z Królewiczem J. M. Węgierskim, jakoby go, gdziebyśmy my haereditatem agnoscere na ten czas nie chcieli, in haereditatem wszrobować chciał, certis conditionibus takiemi, któreby Papagodzie i dworowi tamtemu barzo smaczne ale nam barzo szkodliwe były. A tak wy, dowiedziawszy się tego gruntowniéj, jeśliby tak było, zabiegajcie wczas wszystkiemu, a nam znać dawajcie. Pisaliście wy też byli nam trochę o tém, ale nie wspominając kondycyj, któremiby to być miało. Lecz my, jako na on czas, tak i teraz nie rozumiemy tego o Królewiczu J. M. A wszakoż jednak nie wadzi, iż będziecie intenti, tak na to, jako i na inne rzeczy. Petro Ottolac, jeśli rozumiecie oba, iż tego potrzeba, dajcie co rozumiecie pro hac vice z pieniędzy naszych na te

potrzeby potoczne, czyniąc mu nadto dobre serce i otuchę o dalszéj łasce naszéj, gdzie będziem znać pożytek jaki posług jego.

Marynie Mniszce posyłamy w ręce wasze kwit z tego wszystkiego, co się przy niéj po nieboszce Królowéj, matce naszéj zostało. A to dlatego czynimy, jedna, aby się nie obawiała, żebyśmy za zeznaniem jéj, gdzieby co takiego na się wyznała, od niéj to repetować mieli. A druga, aby tém śmieléj na insze to, co wie in causa expilatae haereditatis, powiadała. Otóż, z tym kwitem tak uczyńcie, okazawszy go jéj, iż jest w ręku waszych, upewnijcie ją, iż gdzie zezna prawdziwie to, co wie na kogo w téj mierze, nic nie ochylając, tedy jéj ten list oddacie. I oddajcie więc kiedy tak uczyni, interim byłoliby co w tém liście trzeba poprawić, dajcie nam znać, aby się poprawiło. Sollicytując ją przedsię, aby śmiele to, co wie in ista causa, powiadała, na nikogo się nie oglądając. Starajcie się też tejże Mniszce o Indultum od Vicereja, aby jéj nic nie szkodziło, jeśliby teraz, veritate adducta, zeznała co przeciwnego temuż, co pierwéj in eadem causa expilatae haereditatis zeznała była.

O czém wszystkiém rozmówcie się z Adwokaty i z Brankacym.

Pieniądze co napilniéj odbierajcie, starając się, abyście co narychléj znaczną jaką summę w ręku mieć mogli, którąbyście nam posłali per viam cambii, odprawiwszy albo zostawiwszy na potrzeby obecne, o których dobrze wiecie. Cambium z kim czynić macie, jużeśmy wam znać dali.

X. Kłodzińskiemu, gdy przyjedzie, o tém wszystkiém dajcie dobrą wiadomość, tak o tém, co się tam dzieje, jako o tém, co się od nas pisze, aby o wszystkiém dostatecznie wiedział.

Co się też daléj z Kamillem de Rossis dziać będzie, to nam zawzdy piszcie.

Dat. Lublini Julii XXI 1569, Regni nostri 40.

XCII.

Sigismundus Augustus etc.

Ticinio et Stempovio.

Venerabilis devote et nobilis, f. n. d. Wyrozumieliśmy to wszystko, co nam przez te przeszłe poczty piszecie o rzeczach naszych, w czém pilność waszą pochwalamy. O pieniądze starajcie się, abyście co narychléj w ręku mieli, a miawszy, wedle wolej i rozkazania naszego się sprawowali, tak jakośmy wam niedawno pisali, to jest, żebyście nam per viam cambii posłali pieniędzy co najwięcéj, odprawiwszy te, któreśmy odprawić kazali. Co i teraz znowu wam przypominamy. Ressonico acz pieniądze już Soderynom dał, wszakoż nie dobrze się nam zachował, iż tak długo pieniądze nasze dzierżał nad rozkazanie nasze, i jeszcze ktemu pod same pięćdziesiąt dukatów sobie za coś defalkował.

Tak iż Soderyni, którzy nam spełna i dawno gotowe pieniądze na to miejsce dali, nierzkąc, aby mieli być ciążani znowu o przyroszczenie na ten czas cambium Neapolskiego z Weneckiem, jakośmy wyrozumieli z X. Podkanclerzego, ale widzimy dobrze, iż nie są satisfacti. A tak wy nie czyńcie im dla tego cambium, na ten czas trudności żadnéj, ale pieniądze, któreśmy im po drugie tam w Neapolim dać rozkazali, spełna i rychło im wydajcie. O tych tam kilka tysięcy dukatów, których piszecie żeście się domacali, jeszcze z tych pieniędzy, które była curia zabrała po śmierci nieboszki matki naszéj, dajcie nam znać jaśniéj, a starajcie się tak, jako piszecie, aby nam nie zginęły.

Inszych też kauz naszych pilnujcie, a co się daléj z Królewiczem J. M., z Papagodą, z Rossis dziać będzie, piszcie.

Ugody z Królewiczem J. M., rebus sic stantibus, rozumiemy i sami, iż teraz urgere już nie potrzeba. To jednak chce-

my, abyśmy wiedzieli, co tam X. Ticin pisze, iż molitur et meditatur in causa ista, ku dobremu naszemu, bo in utramcumque partem się to obróci, tedy to wam jednak wiedzieć należy.

Exempla scripturarum Camilli de Rossis quarundam, któreście nam posłali, daliśmy tu sobie czytać, z których rozumiemy, iż ten człowiek wdawał się w dziwne praktyki. Co się kolwiek daléj w téj mierze odkryje, wszystko nam znać dawajcie. A mianowicie poślijcie nam wypis listu tego, który jeszcze zamkniony do Królewicza J. M. naleziono.

Pisaliście też nam byli, iż Alexandrum de Eremi pojmano takież, i iż go do Rzymu posłać miano, potém nic go nie wspominajcie, a mybyśmy i to wiedzieć chcieli, jako daléj ta rzecz wynijdzie.

Maxilla pisze nam temi czasy o jakieś 300 dukatów, które mu Królowa J. M. na wydane dziewki jego darować miała przed dwiemadziesty lat. O co snać prawo już przeciw nam przewiódł, tylko rzecz in executione zawiesił i ucieka się do nas, abyśmy mu to z łaski naszéj wydać kazali.

My, iż sprawy dostatecznéj zinąd mieć nie możemy, wam to zlecamy, abyście się dobrze wywiedziawszy, albo jemu znać dali, iż się nie ma czego upominać, albo nam, jakobyśmy się w tém sprawować mieli. A to wszystko X. Kłodzińskiemu, gdy przyjedzie, kommunerujcie. I owszém, wy X. Ticinie, po przyjechaniu jego, zadzierżcie się przedsię w Neapolim przy nim ze trzy albo ze cztery miesiące, doglądając wszystkich spraw naszych pospołu z nim, a wprawując go w nie i drogę pokazując, któréjby się in administrandis negotiis nostris napotém dzierżeć miał.

O czém też i samemu X. Kłodzińskiemu piszemy. Stempowski niechaj do nas przyjedzie, tak dla oddania liczby, jako dlatego, abyśmy też z niego ustnie większą wiadomość o sprawach naszych tamtych mieć mogli.

A iż nam ma liczbę czynić, przeto nie chcemy w rzeczy, po nieboszczyku bracie jego pozostałe, ani sami się wdawać,

ani żeby się kto inszy wdawał mimo onego samego, któremu integram et liberam dispositionem tych rzeczy zostawujemy, bądź to są gotowe, bądź na dłudzech, bądź na jakimkolwiek statku. Dat. etc.

Additum, ut scripturas Camilli de Rossis, apud magistratum depositas, ita observent, ut omnes in manus eorum perveniant.

XCIII.

Sigismundus Augustus etc.

Advocatis.

Magnifici s. n. d. Quae fiant istic in negotiis nostris, intelleximus, reliqua, quae futura sunt, exspectamus. In quibus quidem promovendis, diligentiae et fidei S. vestrarum plurimum confidimus. Ne quid autem consilia S. vestrarum interturbare videamur, fecimus potestatem Georgio Ticinio, quemadmodum ad nos scribunt S. vestrae, ut se etiam cum Venerabili St. Clodinio, Agente nostro istic contineat ad aliquot menses propter obsequia nostra, quae novo Agenti nostro repente omnia cognita esse non possunt. Stempovius ad nos redibit, tum rationis fraternae reddendae causa, tum vero etiam ut ex eo plenius de rebus omnibus, quae istic agantur, cognoscamus. Dat.

XCIV.

Sigismundus Augustus etc.

Clodinio.

Venerabilis devote n. d. Co do X. Ticina i Stempowskiego piszemy, to wszystko kazaliśmy my im z nami kommuni-

kować, jeśliście już na miejsce przyjechali. Interim chcemy i rozkazujemy, aby tam przedsię [1]) przy was na miesiąc, albo na trzy, albo i na cztery zadzierżał się X. Ticin, aż się wy obaczycie, bo temu rozumiemy, iż tak nagle z trudnościąby wam bez niego wszystkie rzeczy przychodziły. Dat.

XCV.

Sigisnundus Augustus etc.

Brancatio.

Magnifice s. n. d. Negotiorum nostrorum rationem et statum omnem ex Agentibus et Advocatis nostris intellexi-mus. Studium etiam et diligentiam S. vestrae approbamus. Quod autem S. vestra scribit, rationibus nostris magnopere expedire, ut se istic Ticinius aliquantisper contineat, id ita fecimus. Scripsimus enim, ut ne se istinc ad aliquot men-ses commoveat et successori suo Clodinio, Agenti nostro omnibus in negotiis nostris consilio et opera sua interim as-sistat. Reliqua, ut speramus, diligentia quoque ipsius S. ve-strae supplebuntur. Dat.

XCVI.

Sigismundus Augustus etc.

Podoscio.

Venerabilis devote n. d. Przypominamy wam znowu potrzebę Malwecego, którąśmy niedawno też wam byli przez list nasz zlecili. Proście Cesarza J. M., aby ją posłowi swemu, którego ma w Rzymie, zlecić i kommendować raczył, aby

---

[1]) przecie.

tandem sprawiedliwość jego uznana i do exekucyi przywiedzioną była. Dat.

XCVII.

Sigismundus Augustus etc.

Maxillae.

Generose, grate nobis dilecte. De trecentis ducatis, de quibus ad nos Gr. vestra scribit, cum cogniti aut comperti nihil habeamus, scripsimus Agentibus nostris Neapolim, ut nos de tota re edoceant. Quicquid aequum esse cognoverimus, libenter voluntatem nostram ad rei ipsius aequitatem adjungemus.

Dat. 10 Augusti 1569.

XCVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Barży.

Illustris et magnifice, s. n. d. Mieliśmy list od W. M., gdzie nam otuchę dobrą dajesz o dobrej odprawie spraw tych, któreśmy W. M. zlecili. Co my od W. M. z łaską przyjmujemy. Ale jakośmy przedtém razów kilka tak i teraz znowu W. M. upominamy, abyś W. M. z pilnością te rzeczy sprawował et cum dignitate nostra. Zwłaszcza, gdyż jako widzimy wszystkie te rzeczy na samym tam W. M. na ten czas zawisły, po odjechaniu tych, którzy byli tam do tych czasów dla podparcia W. M. Do Neapolim jednaj W. M. listy potrzebne, bo oni tam pendent z W. M., a w tych rzeczach, któreś im teraz W. M. posłał, plusculum desiderant. Dat.

XCIX.

Sigismundus Augustus etc.

Joanni Alberto Duci, Megapolensi [1]).

Illustris princeps domine, affinis et consanguinee noster charissime. Dimisimus Internuntios Illustitratis vestrae cum responso nostro ad omnia, quae ad nos Illustritatis vestrae nomine attulerant, in quo sane responso confidimus Illustritatem vestram acquieturam esse. Id quale sit, ex ipsis illis internuntiis plenius Illustritas vestra cognoscet. Quam nos Deo Opt. et Max. commendamus.

Dat. Lublini XIII Augusti Anno domini 1569.

C.

Capita rerum nonnullarum, per R. D. Cardiualem Varmiensem cum S. D. nostro, Regiae Majestatis nomine agendarum.

Lublini die 13 Mensis Augusti Anno dom. 1569.

Primum omnium, quae ad Barensia negotia [2])..... ea

---

[1]) Jan Albrycht czyli Albert, Xiąże Meklemburgski, brat wzmiankowanego wyżéj Krzysztofa, Koadjutora Arcybiskupstwa Rygskiego. Ożeniony ten Xiąże z córką Alberta starszego, Xięcia Pruskiego, korzystając z niedołężności umysłowéj tegoż i pod pozorem opieki nad małoletnim szwagrem, zamyślał o przywłaszczeniu rządów. W tym celu oddalił dawną radę, natomiast nowych ustanowił radców, którzy dopuścili się różnych nadużyć i fałszerstw. Wskutku zaniesionéj skargi do Króla na sejmie 1566, wyznaczeni zostali kommissarze, którzy przekonawszy się o knowaniach X. Meklemburgskiego, pod sąd oddali nowych radców, z których główni przestępcy śmiercią ukarani zostali. W odpowiedzi Zygmunta Augusta posłom X. Jana Alberta, zamieszczonej niżej, znajdujemy ciekawe szczegóły, dotyczące się rzeczonej sprawy.

[2]) Wtém miejscu parę wyrazów opuszczono w orginalnym rękopiśmie.

Paternitas ipsius ex aliis R. Majestatis litteris postea intelliget.

De non exportandis ex Regno Majestatis Regiae annatis lex, quae paulo ante perlata est, eam sane dicet Paternitas ipsius veterem, et in regno Majestatis Regiae jampridem esse usitatam: nec quominus proxime etiam superiori tempore executio ipsius a R. Majestate postularetur, vitare ulla ratione Majestatem ejus potuisse; cum maxime semper cupiat Majestas illius de S. Sede Apostolica quam optime mereri, et quae illi adversari forte intelligat, ea e medio, quantum possit, amovere. Sed quoniam prudentis esse ajunt, quod praeter voluntatem accidit, arte corrigere, magnopere Majestatem illius Regiam a S. ipsius petere, ut eam quidem pecuniam, quae annatae nomine censetur, et ad curiam S. ejus ex Regno Majestatis illius de more importatur, liceat deinceps, cum bona S. illius venia, in regno ipso ad usus reipublicae permanere. Sin forte S. illius id facere ex quacumque justa causa non videretur, illud R. D. Cardinalis contendet, ut, quod consilium de ea re Majestas illius cepit, dum et regni quidem sui legibus obsequi et S. Sedi Apostolicae minime adversari studet, id consilium S. illius nutu atque auctoritate sua approbet: nimirum, ut, qui deinceps annatas ex regno Majestatis Regiae debebunt, ii et in curia quidem S. ipsius, quae antiquitus debebant, adamussim persolvant, et tamen tantundem rursus ad aestimationem annatae Romanae in regno numerent; quod ad ipsos quoque regni usus converti posse, et legibus regni satisfacere videatur. De denario S. Petri dicet, ad annum usque 1563 legitime collectum intra Regnum Majestatis Regiae, et legitime etiam exportatum fuisse ad curiam S. suae. Nunc quae fere tempora consequuta sunt, in iis nonnihil de legitima tam exigendi quam exportandi ratione remissum fuisse. Petere igitur Majestatem ejus, ut ea pecunia, quae post id tempus pro denario S. Petri quocumque collecta est, eam hinc S. sua repeti.

ne jubeat: quin potius sic illam ad aliquot praeterea annos nomine S. suae colligi permittat, ut possit intra regnum ad usus reipublicae remanere.

Dicet etiam, magnopere semper miratam fuisse Regiam hanc Majestatem, quaenam causa potissimum esset, quod animus S. Nepotis Majestatis ipsius, Electi Hungariae Regis tantopere et a Majestate ilius avunculo germano, et a sancta matre ecclesia averteretur. Nunc quidem causam aliquam perspicere se posse Majestas ejus arbitratur ex iis litteris et scripturis Camilli de Rossis, quas repertas et a magistratu occupatas esse audit. Nec enim valde dubium esse potest, aliquorum improborum opera id fieri, qui S. Electi animum ad deteriorem partem applicent. Proinde hic quoque magnopere petere Majestatem illius a S. ipsius, ut eas scripturas diligentius etiam atque etiam indagari et perscrutari jubeat, si forte fons et origo eorum malorum inveniri posse videatur. Sic enim fiet, ut S. illius et Majestati quidem Regiae S. nepotis sui animum ac voluntatem pristinam, et S. matri Ecclesiae filium propemodum perditum restituat: quemadmodum de his et multis aliis voluntatem, consiliumque R. Majestatis, ex R. D. Nuntio Apostolico R. D. Cardinalis plenius intelliget. Illud autem in omnibus suis actionibus R. D. Cardinalis observabit, ut, ubicumque et quandocumque recte posse R. Majestatis nomine uti videbitur ad juvandum et ornandum omni ratione R. ipsum D. nuntium Apostolicum, cujus quidem dignitatem et fortunas charas inprimis habet S. R. Majestas, ejus rei nullam unquam occasionem intermittat: neque id tamen ita ut id unum affectare, sed ut ne debitum, et sibi a R. Majestate injunctum virtutibus ipsis testimonium, quocumque loco rectissime id se facere posse intelliget, negare unquam voluisse videatur.

CI.

Ad Instructionem Cardinalis Hosii.

Cum instructio ad eum modum perscripta jam esset, allatae sunt ad R. Majestatem litterae S. D. nostri, quibus S. ipsius Majestati suae de unione regni cum magno Ducatu Lithuaniae facta gratulatur. Quemadmodum ex exemplo litterarum ipsarum R. D. Cardinalis cognoscet. Quamobrem verbis quam maxime ad eam rem accommodatis ostendet P. ipsius S. suae, gratum admodum accidisse Majestati Regiae hanc ejusmodi gratulationem de re, quam S. ipsius non magis ad regnum Majestatis illius, quam ad universam rempublicam christianam pertinere existimat. In quo quidem dabit operam Majestas illius, ut exspectationi S. suae, quam de Majestate illius concepit, quam maxime respondere videatur. Et quoniam cum litteris S. D. nostri, litterae etiam R. D. Cardinalis Alexandrini de eadem re scriptae, redditae sunt Majestati ipsius, idcirco officium quoque R. D. Cardinalis Alexandrini significabit R. D. Cardinalis Varmiensis gratum accidisse Majestati ipsius.

CII.

Sigismundus Augustus etc.

Pontifici Romano.

Beatissime pater etc. Cuperem pro mea in S. Sedem Apostolicam observantia, nullam mihi aliam occasionem dari quam bene merendi de S. vestra et quam optime apud Sedem illam audiendi: quod certe ex animo me facere, egregie

mihi ipse conscius sum. Quamobrem meum quoque esse puto, si quando ejusmodi incidunt tempora, quibus, quae a me fiunt, ea in diversam forte opinionem hominum possunt incurrere, ea ipsa vel emendare certe quidem quantum possum, vel denique eorum factorum, consiliorumque meorum reddere S. vestrae rationem. Itaque cum paulo ante adventum R. D. Nuntii S. vestrae, qui nunc apud me legatione S. vestrae fungitur, illud vitari per me nequaquam potuerit, quominus vetus illa, etiam in regno meo usitata lex de annatis ex regno non exportandis ad executionem postularetur, eam mihi incundam rationem esse existimavi, ut lex, quae promulgata et lata est, non promulgata neque lata esse videatur.

Supplico igitur S. vestrae, ut eam quidem pecuniam, quae annatae nomine censetur, et ad curiam S. vestrae ex regno meo de more importatur, liceat deinceps, cum bona S. vestrae venia, in regno meo ad usus reipublicae remanere. Quod si impetro, libenter hoc nomine S. vestrae debebo. Sin aliquid erit, quominus id S. vestra facere posse videbitur, tum ego quidem, potius quam ut ullam de mea erga S. Sedem Apostolicam observantia secus aliquid suspicandi materiam praebere videar, perficiam, quantum maxime facere potero, ut, qui ex regno meo annatas debebant, ii nec quicquam de eo numero pecuniae diminuant, qui hactenus ad curiam S. vestrae importari consueverat, et hic tamen praeterea in usum reipublicae regni mei tantundem secundum aestimationem videlicet annatae illius numerent. Quod meum consilium a singulari mea tum erga S. vestram, tum erga regnum meum pietate profectum, ut S. vestra approbet, etiam atque etiam peto et quaeso. Commendo etc.

CIII.

Sigismundus Augustus etc.

Hosio Cardinali.

R. in Christo pater s. n. d. Reverendissimo Domino nuntio Apostolico nonnulla commisimus, quae eum cum P. vestra hoc nomine agere voluimus, ad legationem ipsius Romanam admodum opportuna: adnotatis tamen capitibus in Instructione nostra, quam ad P. vestram mittimus. Habebit igitur fidem P. vestra R. D. Nuntio in omnibus, de quibus cum illa nomine nostro egerit, eaque illum ex commissione nostra facere sibi P. vestra persuadebit. Bene valeat P. vestra. Dat.

CIV.

Sigismundus Augustus etc.

Pio Papae V.

Beatissime pater. Eunti istuc R. in Christo patri, domino Stanislao Hosio, S. R. E. Cardinali et Episcopo Varmiensi, commisi nonnulla, quae ad S. vestram referret nomine meo. Quamobrem a S. vestra etiam atque etiam peto et quaeso, ut eum benigne audiat et, quoniam negotia mea per omnem occasionem apud S. vestram acturus est, in omnibus, quaecumque unquam nomine meo cum illa egerit, fidem verbis ipsius non aliam habere velit quam si me ipsum, eadem illa coram agentem et loquentem, intueretur. Commendo me et dominia mea.

Lublini 13 Augusti 1569.

CV.

Sigismundus Augustus etc.

Imperatori Maximiliano.

Serenissimo etc. Commisimus nonnulla R. in Christo patri etc., quae nomine nostro Majestati vestrae exponat. Itaque Majestatem vestram rogamus, ut eum benigne audiat et, quae ad illam retulerit, ea ex mandato ac commissione nostra illum facere certissime sibi persuadeat. Bene valere Majestatem vestram cupimus, ejusque fraterno amori plurimum nos commendamus. Dat.

Eodem exemplo:
Archiduci Carolo.
Duci Venetiarum.
Duci Ferrariae.

CVI.

Sigismundus Augustus etc.

Cardiuali Alexandrino [1]).

R. in Christo pater et domine, amicè charissime ac honorande. Cum iret istuc ex Regno nostro R. in Christo pater, dominus Stanislaus Hosius, S. R. E. Cardinalis et Episcopus Varmiensis, commisimus illi, ut P. vestram nomine nostro in quibusdam rebus alloquerétur. Quod ille quidem cum faciet, petimus a P. vestra, ut benigne illum audiat, et ad omnia

---

[1]) Kardynał Michał Bonellus, zwany Alexandrinus, siostrzeniec Papieża Piusa V, mianowany w 25 roku życia Kardynałem przez tegoż, dopomagał mu głównie w zarządzie interesami kościoła.

voluntatem, amoremque suum jampridem cognitum et perspectum nobis accommodet. Bene valeat P. vestra. Dat.

Eodem exemplo:

Cardinali Farnesio.

Cardinali Savello.

CVII.

Respousum S. R. Majestatis, datum Internuntiis Illustris Domini Joannis Alberti, Ducis Megapolensis. Lublini die 15 Augusti 1569.

Maxime vellet Sacra R. Majestas, dominus noster clementissimus, ut ea Illustris Principis, domini Joannis Alberti legatio, de tradenda ex pactis possessione Archiepiscopatus Rigensis Illustritati ejus, in pleniorem Majestatis illius Senatum incidisset. Potuisset enim plenius ad omnia Illustritati ejus responderi.

Nunc cum ea, post majoris partis Consiliariorum discessum, solutis jam fere comitiis, advenisset, paucis respondendum sibi esse existimavit.

Ac fatetur quidem Majestas illius, se singulari et perpetua sua in J. Ducum Megapolensium familiam benevolentia adductam fecisse olim, ut J. D. Joannem Albertum, Ducem Megapolensem, cum per litteras antea, tum deinde viva voce Varsaviae id ipsum a Majestate ejus instantissime postulantem, certis conditionibus Administratorem Archiepiscopatus Rigensis designaverit, datis ad eam rem litteris suis patentibus Illustritati ipsius.

Verum cum ea designatio Administratoris conditionalis, ut dictum est, fuerit, et tota ab eventu conditionum nonnullarum, quas antea praestari oportebat, pependerit, nec iis conditionibus hactenus satisfactum fuerit, mirum nemini vi-

deri debet si, conditionibus non expletis, exitum suum non fuerit consecuta.

Per quem autem steterit, quominus conditionibus satisfactum sit, non arbitratur Regia illius Majestas dubium esse posse Illustritati ejus praesertim, quae successum omnem totius negotii habet procul dubio cognitum et perspectum.

Nam cum explicatio quarundam rerum, ad traditionem ejus Archiepiscopatus pertinentium, ad conventum regni Majestatis ipsius delata esset, eodemque tempore conventus Parczoviensis immineret, ad quem omnes omnium ordinum, omniumque dominiorum S. Regiae Majestatis, atque adeo Livoniae ipsius homines erant conventuri, non ignorat J. D. Joannes Albertus Dux, se quidem, et ad eum conventum per Majestatem ipsius accersitum fuisse, et Internuntium suum, doctorem Jonam eodem mittere decrevisse: qui tamen Majestati illius nec ipse visus illic fuerit, nec alius pro eo, qui Illustritatis ipsius nomine cum potestate ad eas res constituendas compareret. Litterae sane ad extremum Illustritatis ipsius redditae Majestati Regiae fuerunt, quibus, et Doctorem Jonam venturum non esse, et se ipsam venire cupientem, venire non posse ostendit.

Cum quidem eodem tempore ad Regiam ipsius Majestatem afferebatur, Illustritatem ejus, neque expletis conditionibus, ex quibus negotium universum suspensum manere oportebat, neque adeo exspectata Regiae Majestatis auctoritate, et litteris, militem in Livoniam comparare, adeundae possessionis Archiepiscopatus causa. Quae res cum ipsi Regiae Majestati in suspicionem nonnullam veniret, tum Senatus profecto Majestatis illius et omnium regni ordinum animos magnopere a causa ipsa abalienavit: ita ut Majestatem tandem Regiam rationes inire oporteret, qua miles ille ex Livonia quamprimum amoveretur, et traditio Archiepiscopatus suspensa interim maneret. Nota est J. D. Joanni Alberto ejus temporis historia, in medio etiam sunt tam S. R. Majestatis, quam ipsius Illustritatis litterae, earum omnium re-

rum testes, ex quibus id, quod dictum est, abunde probari potest.

Unum illud tunc temporis Illustritas ipsius ad facti sui excusationem adferre solebat, se litteris Majestatis illius Regiae excitatam, ad maturiorem possessionem Archiepiscopatus adeundam, animum adjecisse. Quibus quidem litteris, si ullae ejusmodi fuerunt, Majestas profecto Regia a contractu inito non recedebat, sed illud duntaxat admonebat, ut constitutis, quae tunc pendebant, conditionibus, mature jam tum de mittendo in Livoniam praesidio Illustritas ejus cogitaret, ne quid videlicet perfectis conditionibus, in mora esse videretur, sicut ex plerisque aliis Majestatis ejus litteris abunde intelligi poterat, in quibus tunc Majestas ejus Illustritatem ipsius admonere nunquam destitit, ne se, conditionibus pendentibus, in ullam Archiepiscopatus administrationem immisceret.

Caetera tempora, quae sunt tempus illud consequuta, partim in amovendo ex Livonia milite, partim in movenda et hortanda Illustritate ejus, ad memoriam conditionum interpositarum suscipiendam et revocandam, partim etiam in respondendo ultro citroque ad litteras Illustritatis ipsius, et eorum, qui pro Illustritate ipsius partes suas interponebant, quo in genere princeps erat Dux ipse Prussiae, consumpta fuerunt.

Interea rumores ad Majestatem ejus Regiam non incerti afferebantur de non optimo quodam animo Illustritatis ipsius erga Majestatem Regiam, regnumque Majestatis ejus, inprimis autem erga Ducatum et terras Prussiae Majestati ejus subjectas. Quos quidem rumores etsi Majestas illius Regia, pro sua, cum erga universam Megapolensem familiam, tum privatim erga J. D. Joannem Albertum benevolentia, vanos esse et cupiebat, et sperabat; tanta tamen ad Senatum Majestatis illius, et ad reliquos regni ordines ejus rei indicia, ex non obscuris practicis desumpta afferebantur, ut ea sane non de nihilo nasci plerisque omnibus videretur. Quo nomine et litteras quidem suas Majestas illius ad Illustritatem ipsius

dare necesse habuit, et internuntium praeterea suum ad Illustritatem ipsius ablegare, qui de his omnibus Illustritatem ipsius, nomine Majestatis ejus faceret certiorem.

Quae cum ita sint, mirari profecto nemo debet, si exitus earum rerum, quae sunt pactis Varsaviensibus comprehensae, fuerit retardatus, secus quam cuperet Illustritas ejus accidisse arbitratur, id non Regiae Majestati, quae et pactorum conventorum observantissima, et J. ejus familiae amantissima est, sed sibi ipsi potius, vel ei certe, per quem neque conditionibus ad pacta adjectis satisfactum est, et Senatui ac ordinibus Regni causa praebita est, tot suspicionum adversarum, ascribendum esse existimabit.

Nunc autem quoque, cum rerum ipsarum conditio mutata sit, non solum in Archiepiscopatu Rigensi, sed etiam in universa Livonia mutata in qua ab eo statu in quo fuit tunc, cum pacta Varsaviensia conficerentur: non videt profecto Regia Majestas rationem ullam posse inveniri, qua pacta Varsaviensia, quorum conditiones hactenus non sunt expletae, exitum suum consequi posse videantur.

Nam per eam unionem, quae in his comitiis intercessit inter regnum Majestatis ejus Poloniae et magnum ducatum Lithuaniae, atque adeo provinciam ipsam Livoniae, quae regno Poloniae est jam incorporata, mutata est omnium rerum ratio, sic ut vix ulla spes superesse videatur, absque consensu omnium ordinum Poloniae et Lithuaniae, atque etiam Livoniae, ejus negotii transigendi.

Atque hactenus quidem ad priorem partem legationis satis se Majestas ejus respondisse arbitratur.

Reliqua pars legationis, partim in asserendo contractu quodam per Illustritatem suam cum J. Duce Prussiae demortuo inito versatur, ex quo contractu Illustritas ejus centum millia florenorum Rhenensium petit; partim versatur in defendendo supposititio quodam ejusdem Ducis testamento, cui publicando J. principem juniorem, vasallum S. R. Majestatis extra ditionem dominiorum Majestatis suae,

Illustritas ejus evocabat, et ex quo legata etiam quaedam liberis suis facta praestare sibi postulat.

Ac non sumit sane sibi hoc tempore Majestas illius provinciam adversus haec utraque pluribus verbis disserendi, absente praesertim, nec vocato ad eam rem J. principe duce Juniore, ad quem, uti ad haeredem, eae res proxime ac proprie pertinent. Etsi enim tam defendendae Illustritatis illius, quam judicandi etiam controversias omnes, ad Illustritatem ejus pertinentes, suas et nullius alterius hominis partes esse Majestas illius profitetur: tamen hoc tempore non arbitratur esse necessarium pluribus ea persequi. Illud obiter pro ea, qua J. familiam Megapolensem complectitur benevolentia, J. D. Joannem Albertum monet et hortatur, ut pro singulari sua prudentia consideret, ne quid suscipiat ejusmodi, quod et ad obtinendum admodum difficile fore, et variis de Illustritate ipsius opinionibus suscipiendis maximam materiam praebere posse videatur.

Quod enim contractum ipsum attinet, ut interim omittatur, summam in eo inaequalitatem esse, cum altera pars certum et quasi praesens quiddam, insignem nimirum pecuniae summam in stipulationem deducat. Altera pars autem vulgari quadam et incerta, ac nullius propemodum rei sponsione interposita, inani quodammodo obligationis nomine perfungatur, illud modo considerandum esse Majestas ejus Regia existimat, quod hic contractus ita factus sit, ut facile et ex tempore, et ex tota ipsius ratione appareat, artibus scelestorum illorum hominum expressum esse, qui, aetate et invaletudine J. Ducis demortui abusi, imperium fere in illum uti non satis sin compotem et bis puerum obtinebant. Pro quibus etiam rebus debitum sceleribus suis praemium publice receperunt.

Praeterea autem cum eidem contractui nonnulla ejusmodi inesse videantur, quae Regiam ejus Majestatem, regnumque Majestatis illius universum non obscure laedant, iis quidem in rebus, quas nunc non est commemorandi locus,

existimat S. R. Majestas et Illustritatem quidem ejus sua sponte ab urgendo ejusmodi contractu esse destituram, et suae Majestatis esse, omnibus modis providere ne quam prorsus vim contractus ejusmodi habere videatur.

Quod autem testamentum ipsum attinet, iterum atque iterum S. R. Majestas profitetur, se testamentum aliud non agnoscere, quam illud, quod primum quidem J. ipse demortuus Dux, integris adhuc et corporis et animi sensibus, condiderat, et, ut per Sacram R. Majestatem confirmaretur, ipse in persona Majestatem illius adire, idque a Majestate illius petere, non dubitaverat, atque adeo impetraverat: deinde quod cum ita esset, per Sacram Regiam Majestatem, ad petitionem J. D. Ducis singularem, confirmatum, et postea artibus eorundem illorum hominum improborum commutatum fuit; ad extremum, ejusdem Ducis incredibili studio et alacritate, postremis ispsis vitae suae temporibus restitutum, et iterum post mortem ipsius auctoritate S. Regiae Majestatis confirmatum. Hoc inquam, et non aliud agnoscere se Majestas illius, et velle et debere profitetur.

Nam, quod Illustritas sua pro legitimo testamento obtendit, id manifesto suppositititium est, et non tam voluntate testatoris conditum, quam importunitate iniquorum illorum hominum expressum, qui se id in gratiam nonnullorum fecisse, in ipsis etiam reddendi infelicis sui spiritus angustiis, cum poena ipsa, et supplicium atque adeo mors ipsa ante eorum oculos versaretur, publice confitebantur.

Quod sane testamentum, cum ob causas superius enumeratas, tum vero etiam, quod absque expresso consensu S. R. Majestatis, tanquam supremi et haereditarii Ducatus Prussiae ac directi domini conditum, et per posterius illud, cui auctoritas S. R. Majestatis accessit, ruptum et infectum redditum sit, profecto ne speciem quidem legitimi et veri testamenti videtur posse obtinere.

Quod cum ita sit, Sacra R. Majestas postulat, ut J. D. Joannes Albertus Dux in aequitate rei ipsius acquiescat, nec

se temere ad ullas alias cogitationes transferri patiatur, praesertim cum id vix ad ullam aliam rem pertinere videretur, quam ad Illustritatem ipsius sumptibus ac difficultatibus minime necessariis involvendam, et ad animos Majestatis Regiae ac Illustritatis ejus invicem, quod absit, disjungendos.

Equidem quantum in ipsa R. Majestate est, dabit operam, ut ea, quae illi et communiter cum universa Illustritatis ipsius familia, et privatim cum Illustritate ipsius intercedit, amicitia, quam diutissime sarta et tecta conservata esse videatur.

CVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Ticinio, Stempovio, Clodinio.

Venerabilis et nobilis devote, ac f. n. dilecte. Z tych pieniędzy, które tam nasze macie ex assignamento 43,000 dukatów, zapłaciwszy te summy, któreśmy wam niedawno listy naszemi rozkazali, dajcie też nadto 15,000 dukatów Neapolskich w ręce temu albo tym, któremu albo którym to poruczy Antonio Anieli, agent posty naszéj w Wenecyej. A tę summę tak jako i inne summy, któreśmy wam wydać temi czasy rozkazali, zapłaćcie bez mieszkania. A iż nam temi czasy potrzeba co nawięcéj pieniędzy, a wy tam, jako baczymy, nie wiele ich macie, chcemy to mieć i tak wam rozkazujemy, abyście prowizyej do Hiszpaniéj, tak panu Barżemu, jako i Foglioli nic płacili pro hac vice, jedno na trzy miesiące a nic więcéj. Pro gratia nostra.

Dat. in Kamieniec 20 Augusti 1569.

CIX.

Sigismundus Augustus etc.

Clodinio, Ticinio, Stempovió.

Venerabiles devote et nobiles f. n. d. Ten Rezzonico nie dobrze się przeciwko nam zachował, jakośmy o tém już nieraz wam pisali, i teraz szerzéj jeszcze X. Podkanclerzemu naszemu pisać jestechmy rozkazali. A wzdy tak nie dobrze się zachowawszy, jeszcze z pieniędzy naszych rozmaite sobie pożytki uganiać chce, z krzywdą naszą i z uciążeniem Soderynów, sług naszych. A tak rozkazujemy wam, abyście tego dojrzeli, żeby to wszystko, cokolwiek przy tym Rezzoniku ostało, ku krzywdzie Soderynom, którzy i teraz nam, i często gotowemi pieniądzmi radzi służą, było Soderynom przywrócono, i szkody, które się oni mienią mieć prze zadzierżenie pieniędzy po oddaniu mandatu naszego, aby im były przezeń nagrodzone, gdyż oni nie powinni na żadną varietatem cambii patrzeć, jedno za 13,334 dukatów neapolskich dać nam polskich złotych tyle, ile przyjdzie za tę summę 13,334 dukatów, rachując tak każdy dukat po $35\frac{1}{2}$ groszy, jakokolwiek insze cambia, bądź Rzymskie, bądź Weneckie się obracają. W co abyście wszyscy serio wejrzeli, aby się daléj Soderynowie nie skarżyli, pilnie i statecznie wam rozkazujemy, jakośmy też i z Lublina przed samym wyjazdem naszym do was pisali, i teraz Soderynom samym szerzéj około tego dać wam sprawę rozkazali. Inszym też prowizye ich płaćcie, wedle rozkazania naszego, zwłaszcza, iż nam znać dajecie, że wam assignamentum już wszystko zapłacono. O pieniądze, którebyście tu nam z assignamentu tego nowo zapłaconego posłać mieli, a przez kogo, tośmy już wam przeszłą postą znać dali. O ostatek pieniędzy, jako o 15,000 dukatów, o których nam dawno nadzieję czynicie, starajcie się co napilniéj.

Takież i o one kilka tysięcy, o których nam X. Ticin pisał, iż się o nich dowiedział, żeby je curia tamta po śmierci nieboszki Królowéj, matki naszéj zabrać miała. O których miał nam był przez pierwszą postę szerzéj napisać. Insze rzeczy tak, jako zawzdy piszemy.

Dat. Cnisinii 27 Augusti 1569, Regni 40.

CX.

Sigismundus Augustus etc.

Caspari Sadłochio [1]).

Venerabilis d. n. d. Iż mamy tę sprawę, że wiecie nie mało o tych szkodach, które poczynił Lorenzo Papagoda w statku nieboszki matki naszéj, po jéj śmierci, łupiąc, drąc i pustosząc, przeto chcemy, abyście to, porządnie i dostatecznie spisawszy, nam posłali bez mieszkania. Nie możeli być wszystko, co on pobroił, tedy wzdy to wszystko, co wy wiecie i na pamięci mieć możecie. Pro gratia nostra.

Dat. Cnisinii 28 Augusti 1569.

CXI.

Sigismundus Augustus etc.

Vespasiano Dottola.

Generose fidelis dilecte. Dowiedzieliśmy się z waszego listu, że wysyłacie trzy flakoniki z maścią na podagrę od J. M. P. Andrzeja Carduccio. Flakoniki te nie były oddane na pocztę łącznie z listem; dlatego nie otrzymaliśmy dotąd. Pragnąc mieć maść rzeczoną w jak najprędszym czasie, upraszamy o przysłanie tejże pierwszą pocztą, co my łaską naszą nagrodzimy. [2])

Dat. Cnisinii 27 Augusti.

---

[1]) Zapewne Sadłocha herbu Korczak.

[2]) Przekład z oryginału włoskiego.

CXII.

Sigismundus Augustus etc.

L. Podoscio.

Venerabilis f. n. d. Skarży się starosta nasz Spiski, iż Hetman Cesarza J. M. zakazał mytnikom wypuszczać zboża i innych rzeczy z Węgier do Korony naszéj, jako szerzéj z tego memoryału wyrozumiecie, który wam posyłamy, która rzecz, iż jest przeciw dobremu sąsiedztwu i paktom spólnym, proście Cesarza J. M., aby tę taką zapowiedź hetmańską relaxować, a mytnikom po staremu zboża i inne rzeczy wolno do Korony naszéj z Węgier puszczać kazał. Pro gratia nostra.

Dat. Cnisini 27 Augusti.

CXIII.

Sigismundus Augustus etc.

Duci Prussiae [1]).

J. princeps domine, nepos noster charissime. Discedenti ex terris Prussiae et Episcopatu suo Varmiensi, R. in Christo

---

[1]) Albert Fryderyk, syn Alberta *Starszego* i Anny Brunszwickiéj, ur. 1552 r. Zygmunt August, brat cioteczny jego ojca, pośredniczył niejednokrotnie w zatargach młodego Xięcia Pruskiego z innemi Xiążętami, mianowicie z Janem Albertem, X. Meklemburgskim; jakoteż starał się usilnie na sejmach Rzeszy niemieckiéj o skasowanie wyroku proskrypcyi, zapadłego w sądach Cesarskich przeciwko zmarłemu X. Pruskiemu Albertowi Starszemu, który to wyrok odsuwał Xiążąt Pruskich od dziedzictwa Frankonii. Sprawa ta, jak widzimy w dalszym ciągu niniejszych aktów, podnoszona po kilkakrotnie przez Zygmunta I-go, w ostatnich jeszcze latach panowania jego syna, przedstawiana była na Sejmach Rzeszy przez posłów Rzeczypospolitéj.

patri, domino St. Hosio, S. R. E. Cardinali et Episcopo Varmiensi, Romamque abeunti, demandavimus curam rerum nostrarum nonnullarum ac negotiorum, quae nobis illic intercedunt: hic autem interea, dum is ab Episcopatu suo abest, permisimus illi, ut loco suo Venerabilem Martinum Cromerum, Sandomiriensem et Visliciensem Custodem, ac Canonicum Cracoviensem et Secretarium nostrum relinqueret Vicarium et Administratorem Episcopatus sui, cum plena facultate tam ecclesiasticae, quam secularis jurisdictionis. Etsi autem non dubitamus Illustritatem vestram sponte sua Venerabilem Martinum Cromerum commendatum hunc, propter singularem ipsius probitatem et doctrinam, tum etiam quod is saepenumero in rebus Ducatus Prussiae, non vulgarem tam nobis quam ipsi parenti Illustritatis vestrae operam navavit apud Caesaream Majestatem et Imperium: tamen ex superabundanti faciendum nobis esse existimavimus, ut eum etiam atque etiam Illustritati vestrae hoc tempore commendaremus, postulantes ab Illustritate vestra, ut cum eo bonae vicinitatis jura interim conservare, et, si qua in re opem Illustritatis vestrae imploraverit, uti multa plerumque in vicinia ejusmodi accidere consuevit, eam illi non gravate quocumque tempore praestare velit. Factura nobis Illustritas vestra rem gratissimam. Quae bene valeat.

Dat. Cnisinii prima Septembris 1569.

CXIV.

Sigismundus Augustus etc.

Renenspurgensibus [1]).

Spectabiles et famati, grate nobis dilecti. Habet nonnihil negotii apud G. vestras Servitor hic et aeupictor noster

[1]) Renenspurgensibus zamiast Rendsburgensibus. Rendsburg, miasto w Holsztynie na wyspie rzeki Eydery.

Ezechias Federk: cujus negotii gratia iter hoc inprimis suscepit, impetrata a nobis interim venia absentiae suae. Quoniam autem praesentis ipsius opera saepe opus habemus, a G. vestris postulamus, ut negotium ipsius ita expediant, ut et genere ipso expeditionis, et celeritate intelligi possit commendationem hanc nostram apud G. vestras multum valuisse. Fecerint G. vestrae rem apprime nobis gratam.

Dat. Cnisinii 1 Sept. 1569.

CXV.

Sigismundus Augustus etc.

Hosio Cardinali [1]).

R. in Christo pater s. n. d. Quod ad nos scribit P. vestra scriptum ad se esse, cupere Caesaream et item Reginalem Majestates, se ab illa conveniri, P. vestram autem id se facturam esse, quod nos velle intelligat, accepimus ex litteris P. vestrae. Ad quod quidem ita respondemus. Viennae si Majestates eorum fuerint, arbitrari nos, esse ex dignitate nostra, atque adeo ex re ipsa, ut Majestates eorum P. vestra nostro etiam nomine conveniat et alloquatur. Sin Majestates eorum aberint, tum excusatione per litteras utendum esse P. vestrae apud Majestates eorum existimamus. Negotia P. vestrae et consanguineorum atque affinium P. vestrae, quae nobis R. regni nostri vicecancellarius nomine P. vestrae commendavit, libenter gratia nostra prosequemur. Bene valeat P. vestra.

Dat. Cnisinii 4 Septembris 1569.

---

[1]) Stanisław Hozyusz Kardynał, Biskup Warmiński.

CXVI.

Mandatum de decimis extradendis.

Sigismundus Augustus etc.

Generoso Andreae Gnojeński, Arcis nostrae Novae civitatis Korczyn Capitaneo, in absentia ipsius Vicecapitaneo, fidelibus nobis dilectis gratiam nostram regiam. Queritur Venerabilis Raphael Mstowski, Praepositus Visliciensis et Canonicus Cracoviensis, ac Secretarius noster, prohiberi se a F. tua libertate decimandi in villa nostra Korczina, ad Capitaneatum F. tuae pertinente, quae quidem decima ad Praeposituram ipsius Visliciensem antiquitus pleno jure spectat et pertinet. Quoniam autem nos eo loco per Dei gratiam collocati sumus, ut cum omnium in universum, tum praesertim ecclesiarum et ecclesiasticorum hominum jura tueri et conservari debeamus, ex jurejurando nostro, et quantum in nobis est etiam tueamur et conservemus: tum autem quoniam jure communi et legibus regni nostri officium Capitaneorum nostrorum, ad arcendas potius et prohibendas quam ad inferendas injurias est constitutum, et proventus eorum a proventibus hominum ecclesiasticorum ita separati sunt, ut unusquisque suo proprio reditu, quo a republica satis provisus est, contentus esse, nec alterius reditus intercipere aut impedire debeat, idcirco F. tuae mandamus serio, omnino habere volentes, ut praefato Venerabili Raphaeli Mstowski, Praeposito Visliciensi, ipsiusve procuratoribus, tam nunc quam in posterum semper liberam decimationem in villa nostra Korczina permittat, nec se ei decimationi F. tua ulla ratione sive per se, sive per alium opponat, sub gravissima animadversione nostra et poena arbitrio nostro irroganda. Volumus enim, ut decimae, quae ex praediis aut villis et subditis nostris ecclesiis debentur, plene et sine ulla difficultate, aut contradictione solvantur aut extradantur. Pro gratia nostra.

Dat. Cnisinii 4 Septembris 1569.

CXVII.

Sigismundus Augustus etc.

Lucae Podoski.

Venerabilis devote nobis dilecte. Acześmy byli pozwolili, na on czas, gdyśmy Pruszkowskiego, Posła Ces. J. M. odprawiali w Lublinie, zjechać się z J. C. M. we Wrocławiu pro die 15 Octobris, tak jako nas J. C. M. żądać raczył. I pozwoliwszy, radzibyśmy byli temu dosyć uczynili. Wszakoż, iż Siem Lubelski, po odprawie tego to Pruszkowskiego, przewlókł się potém nie mało, nad nadzieję i mniemanie nasze, a ktemu, iż my też z Sejmu prosto musieliśmy tu w te strony odległe państwom J. C. M. mało dojechać, gdzie nas znowu sprawy wielkie a ważne ustawicznie zachodzą, tedy tak baczymy, że się z temi sprawami na czas namieniony odprawić żadną miarą módz nie będziemy. A tak piszemy J. C. M., żądając, aby tego czasu namienionego usque ad diem quintam Novembris pomknąć raczył, gdzie i my już od tych spraw naszych wolniejsi, i droga, która na czas namieniony w postanowieniu dobrém być nie może, postanowieńsza będzie. Tego listu naszego kopią posyłamy wam, abyście i wy wedle tego prosili J. C. M., żeby na to pomknienie czasu zwolić raczył. Myć zaprawdę i sami tak rozumiemy, iż pogodniejszy do tego zjechania naszego czas nie mógł być nad on, który się był z pierwu jednąc (tak) namienił, in Septembre. Lecz iż ten czas przez sprawy obudwu nas, na drugi czas przełożyć się musiał, już musimy tak te czasy łapać, jakoby nam z obu stron nazręczniéj być mogło. Jakoż tę teraźniejszą deliberacyę naszą dlatego Cesarzowi J. M. wczas znać dajemy, aby też J. C. M. sprawy swoje insze powoli sprawować raczył, nie oglądając się na ten czas na 15 Octobris, gdzie my z sprawami temi, których nam tu przybywa, żadną miarą odprawić się nie możemy.

Dat. Cnisinii 7 Septembris 1569.

CXVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Duci Florentiae [1]).

Cum venisset ad regnum nostrum Franciscus Didino, subditus Illustritatis vestrae, ita se per hos duos et viginti annos, quibus in regno nostro versatus est, gessit, ut omnium hominum amore dignissimus videretur. Nunc is revertentem fratrem suum Didinum ad Illustritatem vestram, unde proxime venerat ipsius salutandi causa, noluit aliter redire, quam ornatum commendatione litterarum nostrarum, ut, si quid esset, in quo ille gratiam Illustritatis vestrae imploraret, id nostra etiam commendatione facilius obtineret. Itaque commendamus illum magnopere Illustritati vestrae et quanquam non dubitamus ita se in ditione Illustritatis vestrae gessisse, ut virtus ipsius non vehementer externa cujusquam hominis commendatione indigeat, tamen ut in petitionibus ipsius aequis et honestis, nostrarum quoque harum litterarum rationem Illustritas vestra habeat, ab illa postulamus. Bene valere Illustritatem vestram cupimus.

Dat. Cnisinii 16 Septembris 1569.

CXIX.

Sigismundus Augustus etc.

Legato [2]).

R. in Christo pater s. n. d. Etsi litteras P. vestrae, post discessum nostrum Lublinensem, nunc primum accepimus,

---

[1]) Kozma I, z domu Medyceuszów, W. X. Toskański, ur. 1519 † 1574 r.

[2]) Wincenty Portico, Arcybiskup Raguzy, Nuncyusz Stolicy Apostolskiéj 1569 r. w Polsce.

nunquam tamen dubitavimus de optimo ipsius erga nos animo, quem cum nobis plerisque rebus fecerit testatissimum, facile perpusillam hanc moram intermissionis litterarum, aliis ipsius erga nos officiis consolamur, quae proxime ex litteris ipsius intelleximus.

Ac primum quidem gratum est nobis, eum, qui litteras a Josepho Nasi attulerat, ita a P. vestra dimissum esse, ut et ipse animo contento discesserit, et ad nos ipsos fructus ejusmodi dimissionis sit rediturus.

Nec minus grata diligentia illa P. vestrae de examine Viennensi, in negotio Hebrei in vincula conjecti. Quicquid de hoc examine certi habuerit, nos faciet certiores. Non intermittemus autem nos quoque ipsi examinari eum, qui est in nostra potestate. R. D. Cardinali Varmiensi redditam esse Instructionem nostram gaudemus: addita autem esse per P. vestram ad Instructionem ea, quae negotia nostra exposcere videbantur, minime sane dubitamus. Reliqua ad P. suam litteris nostris supplebimus.

Quid fecerit Venerabile Capitulum Varmiense de Vicariatu Venerabilis Martini Cromeri, etiam aliunde intellexi-mus. Posteaquam tamen in P. vestram controversiam omnem rejiecerint, minus iniquo animo factum illorum accipimus. Non dubitamus enim P. vestram id esse facturam, quod et religionis ecclesiaeque rebus, et nostrae etiam dignitati ac reipublicae regni nostri quam maxime accommodatum esse videbitur.

Gratum erit tamen nobis, si, ante decisionem ejus controversiae, de omni successu ac statu negotii ipsius, per omnem occasionem, facti fuerimus a P. vestra certiores.

Religionis statum in regno nostro non arbitramur per Dei gratiam deteriorem esse eo statu, in quo res ecclesiarum in vicinis regnis constitutas esse intelligimus.

Et tamen quicquid id est, in quo pax et tranquillitas religionis in regno nostro offendatur, non mediocrem sane animo nostro dolorem conciliat. Illud nos solatur, quod et tempo-

ribus nonnulla concedenda esse intelligimus, et in optimo animo, ac propensione nostra erga sacrosanctam religionem, nec hactenus quicquid desideratum esse, nec deinceps desideratum iri confidimus. De sceleribus Papacodae, quae nobis significat P. vestra, intelleximus: nec minus infinita alia aliunde.

Agnoscimus autem in eo quoque constantem erga nos benevolentiam P. vestrae, quae exquirendarum rerum earum curam omittere noluerit: quin et de summa ipsa rei ac negotii Barensis totius, plene instrui ab R. D. Episcopo Posnaniensi voluerit. De quo cum sententiam P. vestrae cognoverimus, quam se ad nos per primam occasionem missurum esse pollicetur, plenius ad omnia P. vestrae respondebimus. Nunc P. vestram bene valere cupimus.

Dat. Cnisinii 19 Septembris 1569.

CXX.

Sigismundus Augustus etc.

Podoscio.

Venerabilis d. n. d. Mieliśmy odpis od Cesarza J. M. temi czasy, gdzie Cesarz J. M. wdzięcznie przyjmuje, żeśmy przyzwolili na zjazd de componendis finitimorum nostrorum et Silesiorum injuriis, pro die prima Maji anni insequentis. W czém wy J. C. M. iterum atque iterum imieniem naszém upewnicie. A przytém to też powiedzcie J. C. M., iż acz przedtém pisaliśmy wam byli, odkładając ten zjazd nasz z Cesarzem J. M. Wrocławski, tylko ad diem quintam Novembris, wszakoż teraz obrachowawszy się lepiéj z rzeczami swemi, i przypatrzywszy się tym sprawom, które tu przed sobą mamy, a chcąc też Cesarza J. M. tém pewniéj ubezpieczyć o czasie i o dniu przyjechania naszego do Wrocławia, oznajmujemy wam, iż się nam tak zda, że się odwlecze usque ad 12 mensis ejusdem, co będzie nazajutrz po Ś. Marcinie, to jest

tygodniem daléj, tak jakośmy też to posłowi J. C. M., który tu jest, znać dali. Ale ta odwłoka, powiedzcie Cesarzowi J. M., iż taka będzie, że się J. C. M. obawiać dalszéj z strony naszéj nie potrzeba, a przytém, iż jeśli będziem rychléj módz przyjechać, inter quintam et duodecimam, tedy się o to wszelakim obyczajem starać chcemy.

Dat. Cnisinii 19 Septembris.

CXXI.

Sigismundus Augustus etc.

Thesaurario regni [1]).

In absentia Thesaurarii Notariis.

Magnifice s. n. d. Potrzeba nam pilno wiedzieć instrument albo list około wiana nieboszki Królowéj Węgierskiéj, Siostry naszéj. Item instrument albo list także około wyrzeczenia jéj ze wszystkiéj macierzyzny. Item list albo instrument jaki około Sambora, który dzierżała od nieboszki Królowéj, matki naszéj. Albo jeśliby jeszcze i co drugiego takiego pokazać się mogło, dobrodziejstwa z domu naszego tejże nieboszki Królowéj Węgierskiéj. A tak chcemy i rozkazujemy, abyś W. M. tych listów albo tych instrumentów takich w skarbie pilno poszukać kazał, a znalazłszy, coby jedno takiego było, żebyś do nas posłał, nic nie mieszkając, i z listem swoim, dając wam sprawę co się nalazło, a co się nie nalazło, albo gdzieby się ostatka pytać, bo, jakośmy powiedzieli, jest nam tego pilna a pilna potrzeba. Pro gratia nostra.

Dat. Cnisinii 20 Septembris 1569.

---

[1]) Hieronim Bażeński h. Poraj, Podskarbi W. K.

CXXII.

Sigismundus Augustus etc.

Ad Senatores regni.

Magnifice s. n. d. Oglądając się na prace nasze, któreśmy ustawicznie po te przeszłe czasy dla potrzeby Rzeczypospolitéj podejmowali, baczymy i to sami, iż nam tak, jako W. Miłościom Radom naszym, kęs dłużéj sobie wytchnąć potrzeba było. Bo zaprawdę to, co się po te czasy nie wyprzągając, w rzeczach dawno zaszłych i zabieżałych sprawowało, z jednę stronę popierając, jako czasy niosły..... [1]) exekucyi praw pospolitych, któréj się często i długo Stany Koronne tak od nas, jako jeszcze od przodków naszych upominali, a z drugiéj strony jeżdżąc to tam to sam, sejmując, to w Polsce osobno, to w Litwie osobno, to na granicy spólnie z obiema narody, znaszając myśli różne ku potrzebie Rzeczypospolitéj, a wiodąc je ku zjednoczeniu temu, do którego nakoniec z łaski Bożéj teraz przyszło: te wszystkie rzeczy z taką nam pracą i trudnością przychodziły, iżby nam snać na ten czas o niczém barziej, jako o wczasie, zdrowiu swemu, myśleć nie potrzeba, którego zdrowia nakoniec na tym poślednim, tak długim Lubelskim sejmie, nie pomałuśmy sobie natargnęli. Lecz oglądając się zasię przodkiem na powinność tak naszą Królewską, jako i W. M. Rad naszych, a przytém na potrzeby Rzeczypospolitéj, które ustawicznie nadchodzą, tak rozumiemy, iż i zdrowia na chwilę dla powinności, którą na sobie nosimy, i wczasów swych własnych dla potrzeby Rzeczypospolitéj zaniechać musimy. Widzimy, iż się wiele a ważnych i potrzebnych rzeczy, na tym poślednim Sejmie

---

[1]) W orginalnym rękopiśmie miejsce pozostawione próżne.

ruszywszy, na ten przyszły zawiesiło. Widzimy, iż ku tym zawieszonym wiele innych, także ważnych, i przypadło już do tego czasu, i jeszcze więcéj przypaść może, co wszystko, bez pochiby, sejmowéj a nie mieszkanéj Rady potrzebuje. Naznaczyli się też uchwałą sejmową Posłowie do Moskwy, tak z Polski jako z Litwy, którzy, iż z człowiekiem dziwnym o sprawy trudne czynić mają, oglądać się trzeba, aby tam odprawy takiéj nie odniosły, jakiéjbyśmy my, którzy pokój Rzeczypospolitéj omyśliwać powinni jestechmy, nie życzyli. Przetoż trzeba wczas wziąść Radę o tém, za wiadomością wszech Stanów, jakoby tam z tego kąta, nic nas nad mniemanie i przeglądanie nasze nie potkało. Wiedząc zwłaszcza i przed oczyma mając, iż to opatrzenie Rzeczypospolitej, z jakiém się z przeszłego Sejmu rozjechało, nie jest takie, aby téj tam potrzebie, któréj Boże uchowaj, zdołać mogło. Nadto jeszcze naznaczyła się też i Kommissya do Gdańska, i zleciła się pewnym osobom, z Rady naszéj, dla tych potrzeb, które na ten czas tam przypadły, która Kommissya, iż dotychmiast skutku swego nie bierze, tak rozumiemy, iż też na tém Rzeczypospolitéj nie mało należy. Przyjechał też temi czasy tu do nas Poseł Cara Przekopskiego, skarżąc się na kozaki nasze i przegróżki jawne czyniąc, gdziebyśmy Tatarom szkód ich nagrodzić nie chcieli. Z morza takież dają nam znać ludzie pewni, iż Król Duński, od któregośmy się za tém przymierzem, które z nim mamy, nic takiego nie spodziewali, rzucił się mocą na Frejbitery nasze, które namyślnie, dla nieprzepuszczania okrętów do Narwy, na morzu chowamy, i rzuciwszy się, taki gwałt i takie szkody im poczynił, z których się jawnie pokazuje nie tylko małe uważenie przymierza i pakt spólnych naszych, ale też i zaniesienie daléj na coś nietrefnego. A tak dla tych i dla wiele innych takowych przyczyn, gdyż, jakośmy już powiedzieli, rady sejmowéj jest potrzeba, napominamy W. M., abyś nam bez mieszkania widzenie swoje wypisał, którybyś W. M. czas najsłuszniéjszy być rozumiał ku złożeniu Sejmu takowego, gdyż co się miejsca

dotycze, jaśnie nas w tém konstytucya swieża Sejmu tego Lubelskiego resolwuje. Pro gratia nostra et officio suo.

Dat. Cnisinii 23 Septembris 1569. Regni vero nostri 40.

CXXIII.

Sigismundus Augustus etc.

Agentibus Neapoli.

Venerabilis devote et nobilis f. n. d. Pisaliśmy już do P. Podskarbiego Koronnego, aby nam posłał, wziąwszy z Skarbu, instrumenta dotis et renuntiationis Królowéj nieboszki Węgierskiéj, i insze rzeczy, o któreście do X. Podkanclerzego pisali. Skoro nas dojdą, nie omieszkamy ich posłać tam do was, in forma authentica. Interim, iż z tych kopij listów, które pisali Agentowie Królewiczą J. M. do niegoż, pokazuje się, iż też oni czynią otuchę o sukcessyi ad istam haereditatem Królewiczowi J. M., tedy się wam w tém trzeba czuć, aby się tam lapaczki jakiéj nie chwycili, któraby potém, quo jure quave injuria, u ludzi chciwych miejsce mieć mogła. Między innemi rzeczami przychodzi nam to na myśl, iż acz wiemy, iż adeundae haereditati terminus triginta annorum est constitutus, de jure communi, wszakoż, jeśli dobrze pamiętamy, Król J. M. Hiszpański, ex certis causis animum suum moventibus, constituerat nobis terminum adeundae ejus haereditatis maternae, dwie albo trzy lata, które już wyszły były, uprosiła się była prorogatio ejus termini do pewnego czasu. Otóż, jeśli już ten czas prorogati termini wyszedł, a dalsza się prorogacya nie prosiła u Króla Hiszpańskiego, trzeba się dołożyć Adwokatów, jeśliby tém jakie praejudicium juri nostro nie było. Jakoż o tém wszystkiém Adwokaty wiedzieć mogą lepiéj niż kto inszy, i co się tycze jus, i co się tycze factum.

Marsilio Settaro, gdyż go tak i wy, i Adwokaci, i insi zalecają, permittimus arbitrio vestro, abyście mu dawali stipendium annuum uczciwe, jakoby się wam de communi consilio zdało, a potém nam znać dajcie o wszystkiém. Inszym też wszystkim sługom naszym czyńcie otuchę o łasce naszéj, którą radzi każdemu według jego zasług pokażemy. W tém wątpić nie potrzeba. Z Soderyny albo z faktorami ich, nie wątpimy, iż się tak obejdziecie około tego cambium Weneckiego, jakoby na tém nie szkodowali i jakoby więcéj przyczyny nie mieli uciekać się w téj mierze do nas, bo jednak ten kupiec w Wenecyej, i swym listem, który do nas pisał, okazuje, iż im na list nasz płacić nie chciał. Czego i my zaprawdę tak od niego, jako od was wdzięcznie przyjmować nie możemy. Przeciwko inszym też, którymeśmy co przez listy nasze dać rozkazali, tak się zachowajcie aż do innego rozkazania naszego. Starając się co napilniéj, aby i te 15,000, i to, o czém nam był X. Ticin nadzieję niedawno przez list swój uczynił, było co narychléj od dłużników wyciągniono. Aliter non facturi pro gratia nostra

Dat. Cnisinii 24 Septembris 1569.

CXXIV.

Sigismuudus Augustus etc.

Braucatio.

Magnifice s. n. d. Nunquam dubitavimus S. tuam, si se modo ad tuendam ac defendendam causam nostram justam contulisset, magnum momentum ei allaturam fuisse. Nunc quidem, ut se dant initia, videmus nos opinione nostra delusos non esse. Quo magis S. tuam hortamur, ut quemadmodum coepit, in causam incumbat et det operam, ut magis ac magis fructus ejus opinionis nostrae, quam de S. tua semper habu-

imus, capiamus. Nos quidem dabimus operam, quantum erit in nobis, ut studium S. tuae erga nos et causam justam nostram cumulate S. tuae compensatum esse videatur. Oratori nostro in Hispania et scripsimus jampridem, et, quoniam S. tua etiam nunc scribendum esse censet, scribimus, ut ne diligentiam ac officium suum in causis nostris disiderari vel a nobis, vel ab iis, qui negotia nostra Neapoli administrant, patiatur.

CXXV.

Sigismundus Augustus etc.

Barży.

Illustris et Magnifice s. n. d. I my sami od W. M. pisanie rzadkie miewamy, i ci, którzy w Neapolim rzeczy nasze sprawują, dają nam znać, żeby sobie i rzeczom naszym tego życzyli, aby od W. M. rychlejszą i lepszą w tych potrzebach, o które do W. M. pisywają, odprawę miewać mogli. O co, iżeśmy już nieraz W. M. pisali, nie chcemy więcéj powtarzać, mając tę nadzieję o W. M., iż pierwsze pisanie nasze będzie ważne, tak jako przystoi u W. M. To tylko dołożymy, acz i o tém się też już pisało do W. M., iż jest wola i rozkazanie nasze, aby to wszystko, o co jedno w rzeczach z Neapolim do W. M. pisać będą, tak W. M. sprawował, jakobyś o tém miał zawzdy własne i osobne rozkazanie nasze. A iż po te czasy, ile z listów samego W. M. rozumiémy, nie wiele się tam sprawiło, upominamy W. M. iterum atque iterum, abyś W. M. tarditatem tych postępków przez te czasy przeszłe nagrodził pilnością swą tak, iżbyś W. M., posługami swemi w naszéj i Rzeczypospolitéj rzeczy, otworzył sobie wrota do co daléj to barziéj hojniejszéj łaski naszéj.

Dat. Cnisinii 24 Septembris 1569.

CXXVI.

Consensus ad Coadjutoriam Commendariatus Posnaniensis.

Sigismundus Augustus etc.

Non arbitramur obscurum cuiquam esse posse judicium nostrum, atque adeo divorum majorum nostrorum, de antiquissima et multis virtutibus clara atque insigni familia Czarncoviorum. Quotquot enim titulos dignitatum aut magistratuum publicorum, tam ecclesiasticorum quam secularium, in hac familia quis legerit, potest autem legere et plurimos, et plane continuatos, tot nostra divorumque majorum nostrorum laudatissima et constantissima de ea familia testimonia recognoscet. Sed fit tamen mirifica quadam ejus gentis ad bene merendum de nobis voluntate, ut cum ipsi, eorumque posteri nunquam desistant sui esse similes, nos quoque ipsi nunquam vel nostri, vel majorum nostrorum similes esse desinamus in virtute eorum remuneranda. Contuleramus nuper in Generosum St. Send: a Czarnkow, Capitaneum Drahimensem, mox Commendariatum Posnaniensem, postremo etiam Referendariatum curiae nostrae: quod videlicet cum hominem ejusmodi documenta dare videbamus et generis, et virtutis suae, tum domi in aula nostra, et in conspectu Reipublicae, tum etiam foris, obitis aliquot nostro nomine apud nonnullos principes legationibus, ut inde et fidelis subditi nostri, et civis boni, et viri plane industrii laudem cumulatam ferre videretur. Nec contenti ejusmodi gratia erga ipsum, consensimus denique, ut is sibi in coadjutorem ejus Commendariatus, quem ipsi contulimus, posset subrogare Generosum Adamum Send., fratris sui germani, Generosi Alberti Send: a Czarnkow Castellani Santocensis et Majoris Poloniae Capitanei generalis filium. Quemadmodum nunc sane et praesentibus litteris no-

stris consentimus, dantes illi etiam atque etiam facultatem, ut hunc istum Generosum Adamum Send., fratris sui filium, possit, cum voluerit omni meliore modo, via, forma et ratione..... [1]).

CXXVII.

Sigismundus Augustus etc.

Universis et singulis, Archiepiscopis, Episcopis, Palatinis, Castellanis, Capitaneis, Judicibus, Proconsulibus, Consulibus, Advocatis, Scabinis et cujuscumque conditionis hominibus, subditis nostris s. et f. dilectis, gratiam nostram Regiam.

S. et F. dilecti. Proficiscitur Famatus hic N. de L. ex magno Ducatu Lithuaniae in Poloniam, exigendae certe pecuniae causa a debitoribus suis. Cum autem vereretur, ne in solutione ejus, quod sibi debetur, detrimentum aliquod, ob varietatem et jactationem monetae, eorum praesertim grossorum, quos Piętaki vulgo vocant, percipiat, supplicatum est nobis, ut illi auctoritate significatorialium litterarum nostrarum prospicere dignaremur. Quamobrem vobis universis et vestrorum cuilibet, ad quem vel ad quos praesentes nostrae litterae pervenerint, significamus, eos grossos, quos Piętaki vulgus vocat, ad eandem prorsus aestimationem in magno Ducatu Lithuaniae, ad quam in ipso quoque Poloniae regno, cujus membrum est Magnus Ducatus Lithuaniae, redactos esse publico consilio, videlicet ad aestimationem quattuor tantum grossorum Polonicorum. Quare si quis forte praefato N. de L. solutionem eo genere monetae praestare velit, is non ad aliam aestimationem facere id poterit, quam ad eam, quae est jam passim per omnia dominia nostra constituta, et in

---

[1]) Brak w oryginale końca dokumentu.

executionem deducta: nimirum singulis grossis ejusmodi, qui Piętaki olim dicti sunt, quattuor non amplius grossis Polonicis aestimatis. In quorum fidem etc.

CXXVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Pio Papae V.

Beatissime pater etc. Accepi proxime litteras S. vestrae ad ea, quae compluribus epistolis meis ex Conventu Lublinensi ad S. vestram scripseram. Etsi autem ex iis intelligo, non omnia, quae per me a S. vestra postulabantur, impetrata fuisse, tamen et id quidem in meliorem partem accipio, religioneque, ut ipsa scribit, impeditam S. vestram non potuisse ea concedere, mihi persuadeo, et de reliquo, quod concessum est, gratiam S. vestrae habeo. Et quidem quod plurium sacerdotiorum in regno meo obtinendorum, itemque non residendi facultatem Clero meo postulabam, id nunc etiam maxima mihi ratione niti sane videtur, quae ratio, praeter caetera regna et imperia christiana, propria quodammodo regno meo et peculiaris est. Quod quidem si secum S. vestra etiam atque etiam deinceps expenderit, non dubito fore ut aliqua tamen hominum ecclesiasticorum in regno meo ratio a S. vestra habita fuisse videatur. Interea celare S. vestram non possum, legem de non exportandis ex regno meo annatis, quae divi etiamtum parentis mei temporibus perferri est coepta, proximo etiam Lublinensi conventu fuisse renovatam, executionemque ipsius, me quidem invito ac reluctante, ordinibus autem regni magnopere contendentibus, fuisse postulatam.

Itaque ego, qui maxime semper studeo de S. Sede Apostolica quam optime mereri, et quae illius rationibus adver-

sari forte intelligam, ea quantum possum amoliri, in hac quidem difficultate summa, dum ex adverso leges ac constitutiones regni mei, studiaque ordinum executionem earum flagitantium intueor, quibus me deesse non posse, ipsa etiam S. vestra intelligit, modum mihi sane et viam investigasse videor, qua et pietati meae erga S. Sedem Apostolicam, et officio, quod legibus ac rationibus regni mei debere me intelligo, satisfiat. Nimirum ut qui deinceps annatas ex regno meo debebunt, ii et in curia quidem S. vestrae officio suo de more perfungantur, solvendis iis, quae antiquitus hoc nomine solvi istic consueverunt, et nihilominus tamen iterum, ad eandem aestimationem, solvant tantundem in eararium regni mei publicum, quod ad ipsos quoque regni usus et necessitates converti posse, ac legibus regni satisfacere videatur. Quod meum consilium ut S. vestra nutu atque auctoritate sua, si ita illi videbitur, approbet, et ut aliorum regnorum, ita quoque regni mei, aliquam in ejusmodi rebus rationem habeat, ab illa etiam atque etiam peto et quaeso. Commendo etc.

Dat. Cnisinii 14 Octobris 1569.

CXXIX.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Commendono.

R. in Christo pater, amice noster charissime. Non dubitamus id, quod tum ex litteris P. vestrae, tum multo etiam copiosius ex sermone Doctoris Antonii Latertiani intellexi-mus, res nostras curae esse P. vestrae. Declaratum id nobis est cum multis antea argumentis, tum nunc etiam ea Instructione, quam Oratori nostro Hispaniensi a P. vestra datam, maximo ad expeditionem rerum nostrarum adjumento futuram fuisse nobis persuademus, si modo ad praescriptum ejus

res nostrae in Hispania administratae fuissent. Qua de re, quoniam certi adhuc nihil habemus, pronuntiare nihil possumus. Unum illud dicimus, in voluntate, studio, amore, diligentia, consilio etiam P. vestrae, cum hanc Instructionem intuemur, nihil nos desiderare: non dubitare etiam, quin deinceps in his et aliis in rebus nostris omnibus, idem studium et benevolentiam P. vestrae erga nos simus experturi. Bene valeat P. vestra.

Dat. Cnisinii 14 Octobris 1569.

CXXX.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Hosio.

R. in Christo pater s. n. d. Supplicaveramus per litteras nostras S. D. nostro de suspensione decretorum Concilii Tridentini in regno nostro, hac quidem parte duntaxat, quae pluralitatem sacerdotiorum et residentiam attinet: quod ejus quidem rei, ut novit ipsa P. vestra, aliam oporteat haberi in regno nostro quam in caeteris Christianorum regnis atque imperiis rationem. Non dubitamus P. vestram apud S. ejus tum voluntati nostrae, tum ipsius quoque cleri nostri rationibus, defuturam per omnem occasionem non esse. De annatis, quod in Instructione nostra offendere P. vestram videbatur, id facile omitti ab illa patiemur, juxta consilium ipsius. Scribimus tamen ea de re ad S. D. nostrum, ut et facti nostri ratio constet S. ipsius, et via tamen ac modus S. ipsius proponatur, quo salva, ut existimamus, dignitate S. Sedis Apostolicae, tum legibus regni nostri de annatis, vivo adhuc S. olim parente nostro, perferri coeptis et deinde toties renovatis, tum vero necessitati reipublicae prospici ac provideri possit. Quemadmodum ex exemplo ipso

litterarum P. vestra cognoscet, quod una cum litteris ipsis ad P. vestram mittimus.

Dat. Cnisinii 14 Octobris 1569.

CXXXI.

Sigismundus Augustus etc.

Agentibus Neapoli.

Venerabiles devote n. d. Dozwoliliśmy tego Bernatowi Foglioli za jego prośbą, aby z Hiszpanicj odjechać mógł od spraw naszych. A tak, iż mu tam snać zadzierżano jurgielt jego, któryśmy mu byli póty, pókiby w Hiszpaniej mieszkał, naznaczyli, tedy rozkazujemy wam, abyście mu wydali, jeśliby co było zadzierżanego do tego czasu. Na pamięci jednak mając rozkazanie i rezolucyą naszą dawną, aby tak panu Posłowi samemu, jako i agentom i innym sługom naszym w Hiszpaniej prowizye ich płaciły się tak monetą Hiszpańską, jako nieboszczyk Stempowski płacił X. Wolskiemu, z pożytkiem naszym, co i teraz znowu wam przypominamy. A iż tenże Fogliola mieni się mieć doległość jakąś od nieboszczyka Stempowskiego około wybierania intraty, która mu była przez nas tam in regno Neapolitano jeszcze przed drogą Hiszpańską naznaczona, tedy go z tém na on czas odłóżcie, gdy liczby ab haerede Stempovii wysłuchamy. Montiusowi dajcie też prowizyę jego, ale dajcie nie dla listu naszego, który ma na nie, nie wdawając się w nic inszego. Settarowi, i Vestriusowi, i Adwokatom, tak jakoście z listu J. M. X. Podkanclerzego przeszłą postą wyrozumieli. Przyłożywszy jednak do tego to, abyście tego nie czynili bez dołożenia się J. M. X. Kardynała Warmińskiego. Mamy już w ręku list około wiana i wyrzeczenia Jéj M. Królowéj nieboszki Węgierskiéj, siostry naszéj, jedno iż temi czasy X. Legat Papie-

ski, od któregobyśmy *Vidimus* tego listu wziąść chcieli, jeździ i tam i sam, a miejsca pewnego nie ma, gdzieby go z listem naszym zastać miano, przeto mało poczekawszy, aż na miejscu gdzie X. Legat wsiędzie, poślemy wam *Vidimus* tego listu bez mieszkania. A wy zatém rzeczy naszych, i tych, i innych pilni bądźcie. Pieniędzy, wyrozumieliśmy z X. Podkanclerzego, iż nam temi czasy więcéj sześciu tysięcy posłać nie możecie. Ale żeśmy my już kontrakt uczynili z kupcem jednym Antonio Anieli na 15,000 dukatów, i wzięliśmy już od niego 10,000, przeto chcemy, abyście mu dodali ostatka aż do 15,000.

Dat. Cnisinii 14 Octobris 1569.

CXXXII.

Sigismundus Augustus etc.

Panu Barżemu.

J. et Magnifice s. n. d. Przez tak długo odpowiedzi mieć nie możesz, na podanie swoje około sprawy, w któréjeś W. M. od nas jest posłan, wyrozumieliśmy z listu W. M. dosyć pilnie pisanego de data 11 Augusti. Nie wątpimy, iż do tych czasów już podobno W. M. odpowiedziano, albo przynamniéj odpowiedzą w rychle. Lecz iż nie baczymy, aby co wedle myśli naszéj odpowiedzieć miano, przeto rozkazujemy, abyś W. M., wziąwszy taką odpowiedź, w repliki się żadne nie wdawał, aż do dalszéj nauki naszéj. A przedsię cokolwiek za odpowiedź odniesiesz, tego nam W. M. kopią bez mieszkania poślij. Pro gratia nostra.

Dat. Cnisinii 14 Octobris 1569.

CXXXIII.

Sigismundus Augustus etc.

Bernardo Foglioli.

Generose s. n. d. Quam a nobis S. tua et per litteras et per Generosum Petrum Volski, Secretarium nostrum, facultatem ex Hispaniis discedendi dari sibi postulavit, eam ipsi his litteris concedimus, permittentes, ut interea rebus ac negotiis suis vacare possit. Mandamus etiam Agentibus nostris Neapoli, ut, si quid stipendii assignati retentum est S. tuae, id persolvant, juxta instructionem nostram.

Dat. ut supra.

CXXXIV.

Sigismundus Augustus etc.

Papae.

Beatissime pater et domine domine clementissime. Post oscula pedum beatorum, meique et regni, ac dominiorum meorum commendationem.

Versatus est per multos annos in obsequiis S. quondam dominae Isabellae, Hungariae Reginae, sororis meae, Venerabilis hic Georgius Fabius, Archidiaconus Collosiensis et Canonicus Lauretanus, qui nunc, ut audio, pro auctore tam defectionis Transilvanicae ad infideles, quam profanationis catholicae religionis et templorum, in provincia illa apud S. vestram traducitur. Itaque cum non modo apud S. vestram, cui omnes rationes suas probari maxime cuperet, sed etiam apud quemquam hominum in ea opinione haerere nollet, ad me confugit, orans ut et id, quod perspectum in hoc ge-

nere haberem, S. vestrae exponerem, et pro se, uti pro servitore familiae meae regiae, partes meas interponerem. Ac fieri quidem potest, beatissime pater, ut hic homo, plerisque nec minimis S. sororis meae beneficiis obligatus, cum videret eam regno suo extorrem, privatam quasi in regno ac dominiis meis vitam agere, aliquid apud ordines Transilvaniae conatus fuerit, ex quo optimum, quamvis privatum illius erga dominam suam studium apparere potuisset. Verum in eo quidem, vituperationisve quaeso, an laudis et approbationis plus, etiam apud S. ipsam sedem Apostolicam, videretur esse consecutus: praesertim cum S. illa soror mea, uti caeterae quoque omnes per Dei gratiam sorores meae, et vixerit super et mortua sit catholica. Sed nimirum, quod revocationem illius in Transilvaniam attinet, nullum in hoc genere, ab homine privato, praesertim autem ab ecclesiastico, ut est Fabius, et ab administratore reipublicae remoto, officium erga illam potuit proficisci, quod majoris alicujus momenti esse videretur. Ea enim revocatio, non privatum cujusquam studium sed publicum omnium ordinum consensum requirebat: quem praestare Fabius, etiamsi vellet, profecto non potuisset. Quod autem profanatio templorum Transilvanicorum eidem ascribitur, id prorsus a re ipsa alienum est. Fuit enim ea profanatio et voluntati et rationibus omnibus Fabii ita contraria, ut vel hanc unam ob causam et sacerdotia sua, fructuum non exiguorum et ipsam praeterea Reginam, a qua sacerdotia illa habebat, et a qua plura ac ditiora sperare poterat, quamquam invitam ac reluctantem, et se certitudine proventuum suorum ecclesiasticorum maxime retinentem, reliquerit, ac in patriam commeavit. Quae cum ita se habeant, S. vestram magnopere oro, ut ne calumniis adversariorum ipsius dimoveri se a veritate ipsa, et a paterna erga Fabium gratia atque clementia patiatur: quin potius perturbatum ipsius animum, ex opinione quadam indignationis S. vestrae, recreet, eumque in sinum clementiae suae recipiat, cum post salutis aeternae spem, nullam rem in hac vita pluris se facere af-

firmet, quam ut in S. vestrae paterna gratia atque optima persuasione conquiescere possit. Confido S. vestram ita facturam esse, ut intelligat litteras has meas pro se, uti pro servitore familiae meae, permultum apud S. vestram valuisse. Commendo me, regnumque et dominia mea, in gratiam et protectionem S. vestrae.

CXXXV.

Sigismundus Augustus etc.

Caesareae Majestati.

S. et Excellentissimo etc. S. et Excellentissime etc.

In varia illa fortunae suae jactatione, quam S. quondam soror nostra, domina Isabella, Hungariae Regina experta fuit, variorum quoque hominum opera, atque obsequio est usa. Inter caeteros autem Venerabilis hujus Georgii Fabii, Archidiaconi Collosiensis et Canonici Lauretani usa est et studio et fide singulari in plerisque negotiis suis. Ex quibus unum est, quod homines nonnulli in reprehensionem trahere apud Majestatem vestram conantur, et eum in odium Majestatis vestrae adducant, et hac ratione inimicitias suas adversus illum persequantur. Cum enim is eo tempore, quo S. olim soror nostra ex regno nostro in Transilvaniam reverteretur, designatus fuisset, inter caeteros oratores ab ordinibus Transilvaniae, ad obeunda ea, quae, antequam S. soror nostra revertisset, necessaria videbantur, et cum ea, communi cum reliquis oratoribus opera, procuraret, insimulari apud Majestatem vestram dicitur, quasi is potissimus auctor exstiterit reddendae Transilvaniae in manus S. sororis nostrae, et avertendae ab obedientia Divi quondam Imperatoris Ferdinandi,

parentis Majestatis vestrae. Et quoniam reditum S. sororis nostrae profanatio templorum Transilvanicorum et religionis ipsius catholicae, regnicolarum, non autem S. sororis nostrae consensu et voluntate fuit consequuta, etiam pro auctore profanationis hujus passim traducitur indignissime. Ac nos quidem non dubitamus Majestatem vestram, quae illius prudentia est, per se ipsam intelligere, revocationem S. sororis nostrae, quae consensum omnium ordinum requirebat, ab unius hominis, et quidem ecclesiastici, atque ab administranda republica remoti, opera dependere non potuisse. Quae profecto si dependisset, non equidem is, qui tanti beneficii in S. sororem nostram auctor exstitisset, statim post reditum ipsius, aut discessisset inde sua voluntate, aut ab ipsa S. sorore nostra dimissus fuisset, uti Georgio huic Fabio contigit, qui sub ipsum statim reditum S. sororis nostrae ex Transilvania, in qua multos annos vixerat, commigravit, et se in patriam suam, retinente se, atque sacerdotia omnia cum integris proventibus illi offerente S. sorore nostra, recepit. Quo etiam facto satis demonstravit profanationem illam religionis et templorum, quae tum in Transilvania oriebatur, nulla se ratione approbare. Atque haec nos quidem manifesta admodum voluntatis, atque adeo potestatis suae in iis rebus, quae tunc in Transilvania gestae sunt, argumenta esse existimamus. Verum ut interea demus, aliquid illum in Transilvania conatum esse, quod ex re et dignitate S. sororis nostrae esse animadverterat, profecto, cum fidem illi suam addixisset, et eam pro domina agnosceret, cujus beneficiis plerisque tunc uteretur, si non laudem, saltem excusationem apud bonos omnes mereretur, quod obsequio tamen qualicunque erga eam defungeretur, cui se tunc omnes fortunas suas debere profitebatur. Nos quidem certe facere non potuimus, quin illum hoc tempore magno animo et studio currentem ad gratiam et clementiam Majestatis vestrae commendatione harum litterarum nostrarum prosequeremur, uti servitorem S. sororis olim nostrae, rogantes magnopere Majestatem vestram, ut

hominem innocentem in sinum gratiae et clementiae suae, vel jam nostra causa, recipiat, et deposita, si quam illi forte malevoli ejus crearunt, offensione ex animo suo, fractum ex opinione indignationis Majestatis vestrae illius animum restituat, et omni clementia et humanitate sua, quae maximis omnium laudibus in Majestate vestra passim praedicatur, illud prosequatur. Rem nobis fecerit gratissimam et omnibus fraternis officiis referendam. Bene valere Majestatem vestram cupimus.

Dat. Cnisinii 21 Octobris 1569.

CXXXVI.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Varmiensi.

R. in Christo pater s. n. d. Et rei aequitate, et calamitate hominis permoti, scribimus pro Venerabili Georgio Fabio Dalmata, Archidiacono Collosiensi et Canonico Lauretano ad S. D. nostrum eo quidem exemplo, quod ad P. vestram mittimus. Et quoniam nostra non parum interest, ne quid gravius in hominem innoxium et servitorem S. olim dominae sororis nostrae, Hungariae Reginae, a S. ejus statuatur, postulamus a P. vestra, ut secundum ea, quae ex exemplo ipso litterarum nostrarum intelliget, innocentiam ipsius apud S. ejus tueatur, perficiatque, ut apud S. ejus magis litterarum nostrarum testimonium quam calumniarum voces, quibus Fabius onerari istic dicitur, valuisse videantur. Bene valeat P. vestra [1]).

---

[1]) Wtymże samym interesie i podług tegoż wzoru wyprawiono z kancelaryi Królewskiéj listy: do Kardynała Biskupa Trydenckiego i Biskupa Agryjskiego.

CXXXVII.

Sigismundus Augustus etc.

Lucae Podoski.

Venerabilis s. n. d. Z kopii listu tego do Cesarza J. M., którą kopię wam posyłamy, wyrozumiecie o co jako pilnie do J. C. M. piszemy za X. Fabim, Archidiakonem Kollosieńskim. A tak rozkazujemy wam, abyście, akommodując się pisaniu naszemu, o to się u J. C. M. starali, jakoby ten człowiek dobry a niewinny w téj mierze mógł przyjść do łaski J. C. M., na któréj go snać nieprzyjaciele jego karzą. A wszakoż tak w to potrefujcie, abyście barziéj commode et opportune mówiąc, niśli się Cesarzowi J. M. tém przykrząc, gniew a niełaskę J. C. M. temu to człowiekowi przeprawili.

Dat. Cnisinii 21 Octobris 1569.

CXXXVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Legato Portico.

Reverende in Christo pater s. n. d. Et rei aequitate, et calamitate hominis permoti, scribimus pro Ven. Georgio Dalmata, Archidiacono Collosiensi et Canonico Lauretano ad S. D. nostrum eo quidem exemplo, quod ad P. vestram mittimus. Et quoniam nostra non parum interest, ne quid gravius in hominem innoxium et servitorem Serenissimae olim dominae Sororis nostrae, Hungariae Reginae, a Sanctitate ejus statuatur, postulamus a P. vestra, ut secundum ea, quae ex exemplo ipso litterarum nostrarum intelliget, innocen-

tiam ipsius apud Sanctitatem ejus, quam maxime potest, per litteras suas defendat, et denique perficiat, ut apud Sanctitatem ejus magis litterarum nostrarum testimonium quam calumniarum voces, quibus Fabius onerari dicitur, valuisse videantur. Erit id nobis officium Paternitatis vestrae gratissimum. Quam bene valere cupimus.

Datum Cnisinii die 21 mensis Octobris An. d. 1569 Regni XL.

CXXXIX.

Sigismundus Augustus etc.

Joanni Samoscio [1]).

Generose fidelis dilecte. Między témi listy, któreś W. M. wziął z sobą z Kancellaryi naszéj w szkatule, są listy około wyprawy nieboszki Królowéj Węgierskiéj, siostry naszéj, których iż tu jeszcze potrzebujemy, rozkazujemy W. M., abyś je tu nam poslal co narychléj. A iż rozumiemy, iż takich listów ma być w skarbie więcéj, tak około wyprawy, jako około innych spraw téjże nieboszczki Królowéj Węgierskiéj, co wzięła za żywota od Królowéj nieboszczki matki naszéj, albo owa z domu naszego Królewskiego, przeto chcemy, abyś tych listów tam W. M. z pilnością poszukał, a nalazlszy, do nas takież posłał bez mieszkania, bo nam tego na ten czas pilna potrzeba. Pro gratia nostra.

Dat. Cnisinii 25 Novembris.

---

[1]) Jan Zamojski wówczas Starosta Knyszyński.

CXL.

Sigismundus Augustus etc.

Podoscio.

Venerabilis d. n. d. Pamiętając na to, jako się nam przedtém negotium pacificationis między Cesarzem J. M. a Królewiczem Węgierskim powodziło, gdzieśmy nic inszego na on czas sprawić w téj mierze nie mogli, jedno żeśmy od złych języków suspicye dziwne odnosili, jakobyśmy się w tych traktacyach nie uprzejmie z ludźmi obchodzić mieli. Nadto, mając na baczeniu zachowanie przeciwko nam, po te czasy Królewicza J. M., siostrzeńca naszego, z któregośmy pro hac vice nie prawie kontenci, nie prawieby się nam też chciało wdawać znowu w tę pacyfikacyą, toties frustra tentatam, variis suspicionibus obnoxiam, et pro bona nostra malam nobis gratiam referentem. Lecz powinność nasza, jako Króla chrześciańskiego, ktemu te pożytki, któreby się za taką pacyfikacyą nie jedno państwom Cesarza J. M. a Królewicza J. M., ale wszystkiemu prawie chrześciaństwu otworzyć mogły, a nakoniec zwyczaj nasz w téj mierze, iżeśmy się nigdy za nammiejszą okazyą téj pacyfikacyej podjąć nie lenili, te same rzeczy, bardziéj nakoniec, niźli to powinowactwo i krewność, która jest między nami a Królewiczem J. M., przywodzą nas do tego, iż i teraz tego, co się nam ku téj pacyfikacyej podaje, na stronę odłożyć nie chcieliśmy, ale jako nie prawie dawno, za podaniem Cesarza J. M., upominaliśmy Królewicza J. M. ad quieta consilia i ku ugodzie z Cesarzem J. M., na co nam był natenczas Królewicz J. M. nie prawie directe nie odpowiedział, tak teraz zasię, gdy nas Królewicz J. M. ultro o to kompellował, nie zdało się nam rzeczy tak świętéj i tak państwom chrześciańskim należącéj zaniechać, jakokolwiek się nam po te czasy szańcowała. Mając nadzieję w panie bodze, iż wzdy

kiedy tę pracę i to staranie nasze o dobre wszego chrześciaństwa szczęścić będzie raczył. A tak piszemy tymczasem do Cesarza J. M., krótko to wszystko przekładając J. C. M. a z ostatkiem się na was referując, abyście wy szerzéj myśl i chuć naszę w téj mierze J. C. M. opowiedzieli i, cobyście potrzebnego ku skończeniu tego pokoju i ku zatarciu dobréj przyjaźni być rozumieli, to wszystko abyście imieniem naszém sprawowali. Jakoż wam to tym listem zlecamy, i poruczamy dostatecznie. Do czego posyłamy wam naprzód kopią listu Królewicza J. M., który do nas temi czasy w téj mierze pisał, pospołu z kopią odpisu naszego na tenże list Królewiczów, ktemu posyłamy wam i list nasz do Cesarza J. M. zawarty, i kopię jego, abyście wy, kopię przejrzawszy, przy oddawaniu listu naszego Cesarzowi J. M. tak się sprawowali, jako z kopiej listu i z tego, co wam samemu piszemy, obaczycie. Będą też tam w rychle posłowie od Królewicza J. M. do tejże rzeczy, z których wy szerzéj rzecz wszystką i potrzebę a doległość Królewicza J. M. wyrozumiecie, i te obyczaje albo kondycye, za któremiby pacyfikacya a dobra przyjaźń między temi pany dochodzić miała. Co wy wszystko na baczeniu mając, tak się sprawujcie, żebyście posłom Królewicza J. M. radą i assystencyą swą imieniem naszém należni byli, i im pomagali, a rzecz do tego wiedli, jakoby ten świetny pokój z obu stron skutek swój wziąść mógł.

Dat. Cnisiuii 25 Novembris 1569.

CXLI.

Sigismundus Augustus etc.

Caesareae Majestati.

S. et E. etc.

Etsi saepe idem tentantibus nobis apud Majestatem vestram de pacificatione S. nepotis nostri cum Majestate vestra,

fortuna optatis nostris non respondit: id quod nos quidem fato magis reipublicae christianae adverso, quam cujusvis alterius rei impedimento ascribendum esse existimamus. Tamen cum hoc etiam tempore ultro nos S. Nepos noster per litteras suas compellavit, a nobisque diligenter postulavit, ut, qui toties ad pacificationem istam libenter operam nostram apud Majestatem vestram interposuimus, nunc etiam interponere eandem, propter bonum totius Christianitatis, ne graveremur, faciendum nobis esse existimavimus, ne S. nepoti nostro studium et operam nostram, in re tam sancta et salutari imploranti, denegasse videamur. Commisimus igitur Venerabili Oratori nostro, ut de ea re Majestatem vestram nostro nomine alloquatur et, quae ad conciliandam ac firmandam hanc ejusmodi pacem inter Majestatem vestram et S. nepotem nostrum pertinere videbuntur, ea nomine nostro apud Majestatem vestram diligenter agat. Qua quidem in re, credat nobis velimus Majestas vestra, magis spectamus officium nostrum regis Christiani et ea commoda, quae ex conjunctione animorum Majestatis vestrae et S. nepotis nostri judicamus posse aliquando ad rempublicam Christianam pervenire, quam aut privatas sive nostras, sive cujusquam alterius rationes, aut vero etiam eas significationes animi erga nos S. nepotis nostri, quas nobis per haec tempora Serenitas ipsius demonstravit. Non dubitamus Majestatem vestram ad ea, quae publicae pacis et quietis sunt, animum suum libenter accommodaturam et officium hoc nostrum, ab optimo animo nostro profectum, in bonam partem accepturam esse. Bene valere Majestatem vestram cupimus.

Dat. Cnisinii 25 Novembris 1569.

CXLII.

Sigismundus Augustus etc.

Agentibus Neapoli.

Venerabiles d. n. d. Przez przeszłą postę odpisało się wam imieniem naszém, tak około Mastrylla jako około Settara, około Maxyllę i około innych rzeczy, czego powtarzać nie potrzeba. Teraz nie mamy nic inszego, jedno upominać was, ponieważ widzicie, iż tak wiele na te tam sprawy nasze wychodzi i wychodzić ma, abyście się tak, jako na wiarę naszę przeciwko nam należy, starali, jakoby ten nakład darmo się nie czynił, ale żeby się nam nagradzał chęciami i życzliwościami tych ludzi, za których życzliwością, do prędkiego a dobrego końca tych zaczętych spraw naszych przyjść nam obiecujecie. O te piętnaście tysięcy, quae nobis jampridem debetur, starajcie się najpotężniéj co możecie, i o ten drugi dług, o którym też nam znać dawacie, i jeśliby tam jeszcze co takiego było, a wyciągnąwszy to, poślijcie nam przez Angelos, z któremiśmy, jako wiecie, cambium na 15,000 uczynili byli. Apud haeredes Jacobi Calci, miałby snać być inwentarz rzeczy nieboszki matki naszéj. O ten starajcie się co napilniéj, tak jako nam X. Podkanclerzy imieniem waszém dał znać, żebyście się go dostać spodziewali. Co my wam wszystko łaską naszą nagradzać będziemy. Dat.

CXLIII.

Sigismundus Augustus etc.

Martino Falencki [1]).

Generose f. d. Posyłamy tam do Warszawy doktora

[1]) Marcin Falęcki h. Leszczyc, Podkomorzy Sieradzki, późniéj Kasztelan Rozpierski.

Latercianę w potrzebie naszéj, aby między listy włoskiemi, których z Neapolim kilka albo kilkanaście skrzyń przywieziono, i tam w Warszawie w sklepie postawiono, poszukał listów niektórych nam na ten czas potrzebnych. A tak rozkazujemy D. T., abyś mu do tych skrzyń otworzyć kazał i tych listów szukać dopuścił. Pro gratia nostra.

Dat. Cnisinii 28 Novembris 1569.

CXLIV.

Sigismundus Augustus etc.

Podoscio.

Venerabilis d. n. d. Przyjechał tu do nas temi czasy urodzony Andrzéj Grabia z Górki, Starosta nasz Wałecki, opowiadając nam z powinności swéj gwałt wielki, który się stał Koronie od pana Hanusa margrabie, iż on na zamek nasz Walcz, który jest siedm mil za granicą margrabską w ziemi naszéj, a jest w dzierżawie przerzeczonego Grabię z Górki, nasławszy kilka set koni jezdnych i także pieszych, obyczajem nieprzyjacielskim zamku dobywszy, i cokolwiek tam było wybrawszy i gmachy posiekłszy, to wszystko pospołu i z Podstarościm zamku tamtego, szlachcicem uczciwym, za granicę do zamków swych odwieść kazał, i do tych czasów tegoż Podstarościego w więzieniu dzierży, człowieka na którym nie tylko rząd onego zamku, ale i Sądy, i sprawiedliwość ludzka należała. Tak iż za tém wywiezieniem jego, postępki prawne wszystkie stanęły ku krzywdzie i ubliżeniu wielkiemu szlachty onego starostwa, i protokółów nie mało, które z nim zabrano, in periculum przyszły, i wiele inszych niesnasek się dzieje. A uczynił to Pan Margrabia nie za żadną przyczyną inszą, jedno iż mu karczmy na własnym gruncie naszym przerzeczony Grabia, jako Starosta, zasadzać bronił, a dzie-

dziny koronnéj posiadać nie dopuścił. Którą krzywdę naszą i koronną, acz Rycerstwo Województw Poznańskiego i Kaliskiego zaraz odwetować gotowi byli, wszakoż zahamowani będąc authoritate niektórych panów Radnych, którzy się na ten czas na wieca Poznańskie zjechali byli, przedsięwzięcia tego zaniechali, a na nas rzecz całą włożyli. A tak my pierwéj niżbyśmy się do czego innego uciec mieli, uważając u siebie dobrą przyjaźń i dobre sąsiedztwo z Cesarzem J. M., oglądając się też na pacta, które są między Koroną a ziemiami jéj przyległemi, nie chcąc, aby nas rozumieć miano, jakobyśmy i na sąsiedztwo i na pacta pamiętać nie chcieli, albo je naprzód łamać komu mieli, chcemy i rozkazujemy to wam, abyście non per modum querelae, ani żebyście sprawiedliwości z tego Margrabię żądać mieli, ale zgoła, jakeśmy zwykli z Cesarzem J. M. fraterne wszystkie rzeczy nasze kommunikować, opowiedzieli tę rzecz, i włożyli ją na J. C. M. imieniem naszém. Oznajmując J. C. M., iż za takim tak wielkim, a tak świeżym gwałtem, i za tak znaczném łamaniem przymierza, które jest między Koroną a państwy przyległemi, gdzieby się co takiego stało od nas, albo od poddanych naszych, ad vim vi repellendam, gdyż początek téj gry nie od nas się poczyna, tedy też nam nic inszego przyczytano być nie może, jedno, iżeśmy musieli ad remedia ejusmodi confugere, za wielką doległością naszą i koronną, nie mogąc już daléj cierpieć tego, co nas na każdy rok, a mało nie ustawicznie od tego pana Margrabię potyka. Jakoż o tém wdzieraniu jego w granice nasze koronne, tak tego wszystkie sejmy nasze zawzdy pełne bywają, iż i wam samemu, rozumiemy, że te rzeczy tajne nie są. Co wy wszystko tak J. C. M. przełożywszy, proście J. C. M., aby to w pamięci swéj mieć raczył, żeśmy my do żadnego zamięszania przyczyną i początkiem nie byli, gdyż z każdym człowiekiem, a zwłaszcza z sąsiady przyległemi i przymiernemi, dobry pokój i dobrą przyjaźń wieść i zachować gotowi jesteśmy z strony naszéj. Tak jako tego sam J. C. M. i inni panowie, tak chrześciańscy jako po-

gańscy dobrze są świadomi. Co za odpowiedź od Cesarza J. M. na to odniesiecie, to nam bez omieszkania znać dajcie. Przełożcie i to przed Cesarzem J. M. pilnie, iż Książe Magnus, brat Króla Duńskiego wstąpił temi czasy w jakieś traktaty z Moskiewskim, naprzód przez posły swe, szląc je tam do Moskiewskiego, potém temi czasy na to się kusząc, jakoby tam sam zajechać mógł, chcąc dokonać swatania z Moskiewskim, na które się bierze, chcąc być hołdownikiem i poddanym jego, która rzecz coby za pericula przynieść mogła przodkiem ziemiom Inflanckim, które są w obronie naszéj. potém i państwom naszym, a nakoniec i wszystkiemu chrześciaństwu, to J. C. M. snadnie baczyć może. Od których tak szkodliwych traktatów, acz się staramy, żebyśmy go odwieść mogli napominaniem naszém, wszakoż gdzieby się tym obyczajem odwieść nie dal, tedy bacząc ztąd wielką szkodę Rzeczypospolitéj chrześciańskiéj, inaczéj nie rozumiemy, jedno, iżbyśmy wszelakich inszych obyczajów pokusić musieli, jakoby mu to przedsięwzięcie jego nie szło, gdyż za tém gdzieby to tak dojść miało, obawiamy się, iżby Moskiewski snadniéj tego w Inflanciech dostać mógł, do czego mu do tych czasów niesporo było. Dał nam też znać J. E. Xiądz Arcybiskup Gnieźnieński, iż niejaki Wierzchlejski, poddany J. C. M., który, mając też w Koronie pod nami majętność, z państw i z ziem naszych wywołany jest, mieszkając tam pod Cesarzem J. M., w Xięstwie Opolskiém, przegróżki i odpowiedzi nieprzystojne czyni kapłanom i duchowieństwu X. Arcybiskupiemu, a mianowicie Kapitule Gnieźnieńskiéj, dlatego iż na nim prawo słusznie et legitime usque ad punctum bannitionis przewiodła. Co iż jest przeciwko dobremu sąsiedztwu, i przeciwko tym paktom, które mamy z Cesarzem J. M. i Korona nasza ma z państwy J. C. M., chcemy i rozkazujemy, abyście też to J. C. M. przełożyli, a starali się, żeby J. C. M. listy swe do Hetmana swego, Generała Szląskiego, i do Hetmana Opolskiego potężnie pisane dać rozkazał, aby temu to Wierzchlejskiemu ręczyć się kazali za pokój i przezpieczność poddanym

naszym, zwłaszcza więc kapłanom i duchowieństwu X. Arcybiskupiemu, a mianowicie Kapitule Gnieźnieńskiéj, które listy, aby się co narychléj z Kancellaryej wyprawiły, dojrzycie tego co napilniéj. Pro gratia nostra.

Dat. Cnisinii die secunda mensis Decembris A. D. 1569. Regni vero nostri 40.

CXLV.

Sigismundus Augustus etc.

Volscio. [1])

Generose f. d. Pisał nam temi czasy poseł nasz z dworu Cesarskiego nowinę o śmierci Kasztelana Przemyślkiego a posła naszego na dworze Hiszpańskim, za którego śmiercią, zwłaszcza iż się pod niebytnością waszą i inszych, któreśmy byli przy nim za Adwokaty i Sekretarze nasze wyprawili, trafiła, rozumiemy, iżby nas ztrudna szkoda jaka minąć miała, gdzieby się temu prędko nie zabieżało, przynamniéj w skrypturach, które poseł przy sobie potrzebne a do téj kauzy należące miał. Przeto upominamy i rozkazujemy wam, aby z tego miesca, gdzie was kolwiek albo ten list nasz, albo nowina o téj śmierci zastanie, pospieszaliście się co narychléj być może do Hiszpaniej, a rzeczy nasze, śmiercią tą posła naszego zamięszkane, abyście zasię postanowili, i skryptury do siebie wzięli, wedle tego regestru, który wam posyłamy. Piszemy też do Arcybiskupa Rossani, Posła tam Papieskiego, którego rzeczom naszym chutliwym być słyszymy, i o któ-

---

[1]) Piotr Dunin Wolski był wyprawiony w poselstwie do Hiszpanii po raz pierwszy około 1561 r. (Patrz akta Teinera T. II. str. 638); zastąpił go w r. 1567 Piotr Barzy, po którego śmierci w 1569 r. powtórnie sprawował urząd Posła przy dworze Filipa II.

rego dobréj przyjaźni z posłem naszym sprawę mamy, aby interim niż wy nadjedziecie, rzeczom i potrzebom naszym, zwłaszcza około zadzierżenia tych skryptur na jakiém bezpiecznem miejscu należen był. A potém, gdy wy przyjedziecie, aby wam listy i skryptury te oddawszy, których się wy potężnie domagajcie, tak wam radą i pomocą swą pomagał, jako my sobie o J. M. perswadujemy. A tak wy, nic nie mieszkając, quam celerrimis itineribus tam się pospieszcie, abyście za tą okazyą od tego końca pieczętować poczęli służby swoje w tych rzeczach wam przez nas zleconych, iż na pilności a spieszności waszéj nic nie schodziło. Co my wam łaską naszą nagradzać będziemy.

Dat. Cnisinii 2 Decembris 1569. Regni nostri 40.

CXLVI.

Sigismundus Augustus etc.

Duci Magno.

R. et J. principi, Domino Magno, Episcopo Ozeliae et Maritimae, Domino Curoniae, Administratori Praesulatus Revaliensis, haeredi Norvegiae, Duci Slesvici, Holsatiae, Stormariae et Ditmarsiae, Comiti in Oldenburg et Delmenhorst, amico, affini, et foederato nostro charissimo et honorando. Salutem et felicitatis incrementum.

R. et J. Princeps, amice, affinis et foederate noster charissime et honorande. Jampridem ex rumoribus ipsis, nunc autem proxime ex litteris Illustritatis vestrae ad J. Curlandiae ducem scriptis intelleximus, Illustritatem vestram occulta quaedam consilia cum principe Moscorum, hoste nostro inivisse: quae non modo provinciae Livoniae, quae in fide ac clientela nostra est, non modo reliquis ditionibus nostris,

verum etiam universae Christianitati perniciosa sunt. Quod nos quidem cum antea de Illustritate vestra persuadere nobis non poteramus, tamen nunc, lectis ipsius litteris, magnopere demirati sumus Illustritatem vestram, nulla ejus foederis et amicitiae, quae nobis cum S. Danorum rege, fratre Illustritatis vestrae intercedit, habita ratione, postposito etiam et neglecto officio erga nos, sub quorum protectione ipsa Illustritas vestra in Livonia est constituta, ad ea consilia descendere voluisse, quae periculum, tum Livoniae ipsi, ac reliquis nostris ditionibus, tum etiam reliquis Christianorum terris, adferre posse videantur. Quamobrem mittimus ad Illustritatem vestram Magnificum Joannem Chodkiewicz, Comitem in Sklow et Bychow, Capitaneum Samogitiae, Marsalcum supremum Magni Ducatus Lithuaniae, Administratorem, Gubernatorem et exercituum nostrorum in Livonia praefectum, qui ex Illustritate vestra percontetur nomine nostro, quemadmodum et nos ipsi praesentibus litteris nostris percunctamur, utrumne Illustritas vestra in eo proposito suo persistat, et consilia cum principe Moscorum inita et constituta urgere porro velit, an vero ab ejusmodi incepto suo turbulento desistere, et ad salubriora consilia transferre se cupiat. De quo nobis ab Illustritate vestra responsum planum prorsus et apertum ac cathegoricum dari volumus. Commisimus enim praefato Capitaneo, Marsalco et Gubernatori nostro, ut, si Illustritatem vestram in incepto perseverare, et quam cum principe Moscorum coitionem adversus terras ac dominia nostra inivit, eam porro Illustritatem vestram urgere, ex responso Illustritatis vestrae cognoverit, denuntiet Illustritati vestrae nostro nomine, quemadmodum et nos quidem hisce litteris nostris denuntiamus, nos, si res ita se habuerit, non posse amplius Illustritatem vestram aliter quam pro hoste et inimico nostro, regnique et dominiorum nostrorum ducere, neque nos aliter adversua Illustritatem vestram quam adversus hostem et inimicum nostrum ditionumque nostrarum gerere. Quod si vero Illustritatem vestram ex responso itidem ipsius consilia sua pernicioss

repudiare, nobisque ac ditionibus nostris amicum se profiteri intellexerit, tum commisimus eidem, ut ejus rei jusjurandum ab Illustritate vestra capiat, Illustritatem vestram nobis ditionibusque nostris, absque dolo et fraude, amicum esse et fore; ipseque vicissim jusjurandum Illustritati vestrae nomine nostro praestet, nos Illustritatem vestram pro amico nostro, ditionumque nostrarum ducere, ductoresque esse, ipsique nos aeque, dolo ac fraude semota, amicos esse et fore. Bene valeat Illustritas vestra.

Dat. Cnisinii die tertia Decembris 1569. R. n. 40.

CXLVII.

Plenipotentia Volscio.

Sigismundus Augustus etc.

Significamus praesentibus litteris nostris, quorum interest, universis. Quod constitutus personaliter coram nobis J. et Magnificus Stanislaus Barzi de Blozew, Curiae nostrae Marsalcus et Capitaneus Sniatinensis, suo et Andreae ac Erasmi, fratrum suorum nominibus, tanquam tutor naturalis pupillorum minorennium, liberorum J. quondam et Magnifici Petri Barzi de Blozew, Castellani Przemysliensis et Capitanei Leopoliensis, ac nostri apud S. principem dominum Philippum eadem gratia Regem Hispaniarum etc., fratrem et consanguineum nostrum oratoris, constituit, et solenniter ordinavit in suum verum, certum, legitimum procuratorem mandatarium, negotiorumque suorum infra scriptorum gestorem et actorem omni meliore modo, forma, stilo et ratione, Generosum Petrum Volski, Secretarium et Internuntium nostrum ad eundem S. Hispaniarum regem, ut scilicet possit et valeat res, ac supellectilem omnem praedicti J. quondam et Magnifici

Petri Barzi, Castellani Przemysliensis, et reliqua omnia, quae ipsius erant quomodolibet propria, conquirere et, si quae forte amissa, aut quocumque modo aversa sunt, ea tam in judicio quam extra, omnibus legitimis et idoneis rationibus persequi, ac recuperare, recuperata ad se recipere, penes se habere, et postremo ad ipsum Magnificum Stanislaum, Curiae nostrae Marsalcum, per omnem occasionem mittere, caeteraque omnia agere et facere, quae in praedicta rerum ac supellectilis conquisitione et recuperatione necessaria fuerint et opportuna: etiamsi illa sint ejusmodi, quae magis speciale mandatum requirere videantur. Dans et concedens ipsi facultatem, omnem pecuniam, quae ad defunctum proprie pertinuerit, sive ea in paratis, sive in debitis fuerit, repetendi, eamque numerandi, levandi, recipiendi, et de recepta quietandi. Promittens suo fratrumque suorum et pupillorum praedictorum nominibus, se totum id ratum, gratum firmumque esse habiturum, quicquid per ipsum gestum, actum, factumve fuerit in praemissis, non secus quam si per se ipsum gestum, actum, factumque fuisset. In quorum omnium fidem etc.

Dat. 2 Decembris.

CXLVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Archiepiscopo Rossani [1]).

R. in Christo pater s. n. charissime. Allatus est huc ad nos propere admodum nuntius ex aula Caesareae Majestatis,

---

[1]) Jan Baptysta Castanea, Arcybiskup Rossani, Nuncyusz Stolicy Apostolskiéj w Hiszpanii od 1565 r. Ten dopomagał swym wpływem do załatwienia w zgodny sposób sprawy pomiędzy Zygmuntem Augustem i Filipem II, o sukcessyę Bari.

de morte atque obitu Oratoris nostri [2]) in aula ista S. Hispaniarum Regis, fratris et consanguinei nostri charissimi. Quae res nonnihil nos conturbavit, maxime scripturarum causa, quae tuendae actionis nostrae gratia apud S. regem istum traditae a nobis Oratori et assignatae fuerunt: et quae magnopere verebamur, ne obitu Oratoris, qui in absentia fere omnium eorum, quos illi pro Advocatis et Secretariis, ac Agentibus nostris adjunxeramus, contigit, conturbatae aliquo modo, aut etiam plane interversae esse videantur. Magna nobis tamen spes est in P. vestra, quam et studiosam nostri esse non dubitamus, et cum Oratore ipso nostro amice ac familialiter vixisse intelligimus, fore ut, cum, praesente istic P. vestra, mors Oratorem nostrum oppresserit, ope auxilioque P. vestrae adjuti, nullum sive in scripturis, in quibus maximum negotii nostri momentum repositum est, sive aliis etiam in rebus, detrimentum, morte Oratoris ipsius, capiamus. Equidem ante etiam nuntium hunc, de morte Oratoris ad nos allatum, ablegavimus istuc Generosum Petrum Volski, Secretarium nostrum, ut is tanquam Internuntius noster res illas nostras, quae Oratori commissae fuerunt, tueretur nomine nostro et curaret: nec dubium, quin is, ubi modo de Oratoris ipsius obitu nuntium acceperit, iter suum acceleraturus sit. Ei igitur P. vestra consilio auxilioque suo aderit, scripturasque et reliqua causae nostrae munimenta, quae P. vestrae cura atque provisione in tuto esse nobis persuademus, ad eum integre deferri, eique consignari jubebit, interimque adeo, vel deinceps etiam quoties opus fuerit, ita causam hanc

---

[2]) Piotr Barzy, Kasztelan Przemyślski, poseł w Hiszpanii, o którego śmierci pisze w tym liście Król Zygmunt August, wyjechał w poselstwie do Rzymu na początku 1567 r., następnie udał się do Neapolu, zkąd przybył do Hiszpanii pod koniec tegoż 1567 roku. Znajduje się o jego poselstwie wiadomość w zbiorze dokumentów Antoniego Marya Graciani, wydanych pod tytułem: *Julii Pogiani Sunensis epistolae et orationes.*

nostram P. vestra complectetur, uti studium singulare P. vestrae erga nos, de quo nos plerique faciunt certiores, et nostra de P. vestra praeclara opinio requirere videbuntur. Dabimus equidem operam per omnem, quae se cumque nobis obtulerit, occasionem, ut P. vestra suae istius erga nos benevolentiae fructus percipiat uberes atque copiosos.

Dat. 2 Decembris.

CXLIX.

Sigismundus Augustus etc.

Petro Volski.

Generose f. d. Jakośmy przedtém wam pisali, tak i teraz powtarzamy, ponieważ ta nowina o śmierci posla naszego w Hiszpaniéj się ponawia, abyście, żadną inną rzeczą się nie bawiąc, jechali co rychléj do Hiszpaniéj, tak wiele dla konania spraw przez nieboszczyka zaczętych, jako dla zastania w cale listów, przywilejów i inszych skryptur nam należących, które przy nieboszczyku były. Posyłamy wam list nowy do Króla J. M. Hiszpańskiego, za którym rzeczy nasze sprawować będziecie, tak iż jeśli je zastaniecie być w dobréj mierze, abyście popierali, przypychając do brzegu co narychléj a naprzystojniéj, a nam o wszystkiém per omnes occasiones znać dawając. Jeślibyście więc zastali te sprawy jakokolwiek uwikłane albo zatrudnione, tedy je do czasu zadzierżcie na sobie, a interim X. Kardynałowi Heilsberskiemu do Rzymu skokiem o wszystkiém znać dawajcie, a jaką on wam radę da, tak czyńcie, i bez jego rady niczego się nie ważcie. Pokładając się też jednak i Adwokatów w Neapolim, którzy, jako wiecie, tę sprawę dawno przed rękoma mają. Nam też o wszystkiém, co się tam kolwiek i dzieje, i dziać będzie, dawajcie sprawę dostateczną.

A to jest na ten czas wszystka instrukcya nasza, o którąście się starali.

Dat. Cnisinii 6 Decembris 1569.

CL.

Sigismundus Augustus etc.

Hispaniae Regi [1]).

S. etc. Cum animadverteremus, jus nostrum, quod apud Serenitatem vestram jampridem per plerosque Oratores, Internuntios, Agentes nostros cum maximo sumptu nostro persequimur, in longum extrahi, ablegaveramus ad Serenitatem vestram, vivente etiamtum J. et Magnifico Petro Barzi de Blozewo, Castellano Przemysliensi et Capitaneo Leopoliensi, Oratore nostro, hunc Generosum Petrum Volski, Internuntium nostrum, ut is, omni diligentia adhibita, optatum aliquem exitum negotio huic procuraret, et finem tandem, non minus nostrae quam Serenitatis vestrae molestiae, in hoc genere imponeret. Nunc autem, cum allatum ad nos esset de morte atque obitu Oratoris nostri, mandavimus Internuntio ipsi Petro Volski, ut tanto celerioribus itineribus ad Serenitatem vestram contenderet, quanto magis nostra interest non deesse apud Serenitatem vestram, qui nostro nomine coeptum negotium urgeat, et ad exitum aliquem optabilem deducat. Quamobrem petimus etiam atque etiam a Serenitate vestra, ut aequitatem causae nostrae, quam nos summa cum animi nostri moderatione apud Serenitatem vestram prosequimur, jam tandem perpendat, eumque Internuntium nostrum ita ad nos remittat, ut ab omnibus, inprimisque

---

[1]) Filip II.

a principibus ipsis christianis intelligi possit, dignam a Serenitate vestra habitam fuisse rationem tum juris nostri, tum etiam ejus necessitudinis, quae inter nos mutuo intercedit. Qua quidem in re Generosum hunc Internuntium nostrum benigne Serenitas vestra ut audiat, verbisque ipsius fidem ut habeat, rogamus Serenitatem vestram. Cujus nos fraterno amori diligentissime commendamus.

Dat. Cnisinii 6 Decembris 1569.

CLI.

Sigismundus Augustus etc.

Duci Venetorum.

Commisimus honorato Antonio Angeli, civi Veneto et servitori nostro, ut is nobis, ad usus nostros, de Magistro fabricandarum triremium istic provideret, eumque ad nos producendum curaret sumptu nostro. Quamobrem Serenitatem vestram rogamus, patiatur cum bona venia ejusmodi Magistrum istinc ad nos deduci, neque difficultatem ullam servitori huic nostro Antonio Angeli inferri hoc nomine permittat, si cum ejusmodi Magistro aut constituere velit aliquid nostro nomine, aut ipsum ad nos mittere. Nos vicissim, si quid in regno nostro est, eritye, in quo Serenitati vestrae, aut reipublicae isti gratum facere posse videbimur, libenter benevolentiam et amorem nostram tum Serenitati vestrae, tum reipublicae ipsi per omnem occasionem praestabimus. Bene valeat Serenitas vestra.

Dat 7 Decembris.

CLII.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Hosio.

R. in Christo pater s. n. d. Jucundum nobis fuit ex litteris P. vestrae intelligere, iter hoc ipsius in negotiis nostris tam prospere illi evenisse, ut non solum salva et incolumis, sed etiam honorata, et multis multorum officiis asserta in urbem pervenerit. Quod reddiderit litteras nostras iis, quibus inscriptae fuerunt, pergratum est nobis. Ac vellemus nos quoque nunc etiam, datas fuisse P. vestrae litteras nostras tum ad Cardinalem Estensem, tum ad Ducem quoque Urbinatem et caeteros, quorum in P. vestram singularis exstitit humanitas. Verum nos quidem tunc ea praevidere non poteramus, quae postea tempus ipsum obtulit. Si quid etiamnum aut est, aut erit, quod a nobis sive ad hos, sive ad alios scribi debeat, scribetur, dummodo nos P. vestra de eo, et de argumento ipso, quo quidem scribi ad quemquam existimabit oportere, fecerit certiores. Cardinalis Tridentini officium erga P. vestram et colloquium cum ea de rebus nostris intelleximus. In quo quidem sermoni ipsius magna ex parte nos quoque ipsi assentimur, magnaque spe sumus, consilium hoc nostrum mittendi potissimum P. vestram in negotiis nostris bene ac feliciter nobis esse eventurum. Quamobrem etsi antea quoque idem fecimus, tamen nunc etiam hoc magis faciendum nobis esse existimavimus, ut ad omnes oratores, internuntios, agentes nostros, quos sive apud Caesaream Majestatem, sive apud Hispaniarum regem, sive Neapoli habemus, scriberemus, ne quid in ejusmodi nostro negotio, inscia atque adeo inconsulta P. vestra, faciant, et ad eam saepe ac fideliter de omnibus ejusmodi rebus referant. Ipsa etiam P. vestra, si quid agi aut fieri

a quoquam illorum voluerit, praescribet ipsis; quibus nos mandavimus, ut sint omnibus in rebus dicto P. vestrae audientes. Ticinium etiam Neapoli decedere et Romam venire jussimus, ea de causa, ut ad manum P. vestra habeat, a quo de his rebus et admoneretur, si opus fuerit, et doceretur secundum ea, quae tempus ipsum exposcet. Si quando illum Neapolim excurrere opus fuerit, adjuvandi istic Agentis nostri gratia, poterit cum P. vestra pro arbitrio suo ad aliquod tempus eo ablegare rediturum. Quod de Hispano aliquo in Hispanias mittendo attinet, etiam atque etiam videndum nobis esse existimamus. Nunc quidem in demortui istic Petri Barzi, Oratoris nostri locum, misimus vel potius redire jussimus eo Internuntium nostrum, Generosum Petrum Volski, Secretarium nostrum, jampridem in aula illa Hispanica et in sollicitandis ejusmodi negotiis versatum, quem P. vestrae scribendo, morem gerendo, mandata etiam ipsius exsequendo, (id enim illi diligentissime nomine nostro injunctum est) satisfacturum esse existimamus. Restat ut P. vestra, ubi commodum et opportunum esse viderit, negotia nostra auspicetur et de omni exitu, aut etiam successu illorum, nos identidem faciat certiores. Et bene valeat. Dat.

CLIII.

Sigismundus Augustus etc.

Podoski.

Venerabilis d. n. d. Jeśliby tam kiedy co X. Kardynał Heilsberski w rzeczach naszych Neapolskich pisał, albo co po was mieć chciał, tedy chcemy i rozkazujemy, abyście go we wszém słuchali, i wedle jego nauki się zachowali. Sami też, jeślibyście co słyszeli albo wiedzieli, coby do tamtych Neapolskich spraw naszych należało, o wszystkiém do niego do-

statecznie piszcie i o wszystkiém znać mu dawajcie confidenter. Pro gratia nostra.

Dat. 7 Decembris.

CLIV.

Sigismundus Augustus etc.

Clodinio.

Venerabilis d. n. d. Z téj konsulty Adwokatów, którąście nam posłali, wyrozumieliśmy, iż o remissoriales około słuchania świadków, którzy się tu u nas najdują, de expilata haereditate przeciw Papagodzie, trudno pierwéj co postanowić, ażby ono dubium pierwéj rezolwowano było z dworu Króla J. M. Hiszpańskiego, jeśli przeciw Papagodzie in hoc delicto, ex officio procedować się godzi. A tak solicytujcie co najpilniéj, abyście tę rezolucyę z Hiszpaniej co najrychléj a ex parte nostra rezolwowaną mieli. Co spodziewamy się, iż już natenczas snadniéj pójdzie, gdyż Pan Przemyślki, który tę rezolucyę tak długo wlókł, umarł, a na jego miejsce Wolski, sekretarz nasz, który też tam pierwéj pro Agente nostro był, pro Internuntio posłan jest, na którego pilności mamy za to, iż schodzić nie będzie. A potém, gdy już przyjdzie około remissoriales mówić, tak się starajcie, aby ci testes, którzy się tu w Koronie znajdują, tuż też w Koronie przez Księdza Legata, który do nas a Sede Apostolica posłan jest, examinowani byli, albo jeśli w Koronie być nie może, tedy saltem gdzie tu blisko granicy naszéj, albo we Wrocławiu, albo nakoniec w Wiedniu, żeby examinowani byli, chociaż przez X. Legata, który u nas jest, chociaż też przez tego, który jest na dworze Cesarza J. M. Dożywocie Brankacemu na jurgielt jego nowo postanowiony wam w rękę posyłamy, abyście mu je sami oddali i tak je ozdobili, jakobyście go uczynili rze-

czom i posługom naszym z przychylnego przychylniejszym. To też chcemy i rozkazujemy, abyście tam w tych wszystkich rzeczach naszych, którekolwiek kiedy czas przyniesie, wszystko za wiadomością i radą X. Kardynała Heilsberskiego sprawowali, a bez wiadomości i rady jego nic nie czynili, i o wszystkiém mu też dostatecznie sprawę dawali. X. Ticin też niechaj do Rzymu jedzie, i przy tymże X. Kardynale za agenta naszego niechaj będzie, solicytując i przypominając mu rzeczy nasze, i gdzie potrzeba informacyę mu dając. A wy też do niego, jako do agenta naszego w Rzymie, o wszystkiém dostatecznie piszcie, czego jedno rzeczy i sprawy nasze potrzebować będą. Pro gratia nostra.

Dat. Cnisinii 7 Decembris 1569. R. n. 40.

CLV.

Sigismundus Augustus etc.

Eidem.

Venerabilis d. n. d. O pieniądze 15,000 dukatów, które nam tam dawno dłużno, i które już tak długo obiecują, starajcie się co najpilniéj. Ale..... procento albo co takiego inszego postępować od tego tam tym urzędnikom, nie zdaje się nam być z dostojeństwem naszém. Na to zwalamy, iż jeśliby się wam tak z Brankaczym zdało, iżby nam to dobrze ujść miało, dajcie z tych dwu soroków soboli temu to Pietro Portocarrera, bratu stryjecznemu Wicerejowemu, cobyście rozumieli pod szatę, a ostatek obróćcie tam i rozdajcie, gdzieby to pomoc jaką rzeczom naszym przynieść mogło. Wicerejowi też samemu będzie się za czasem o co inszego postarać mogło. Zatém iż słyszymy, że tam nieco wątpliwości macie w liczbie X. Ticinowéj o półtora sta dukatów, któreśmy mu byli na jego wyprawę z Rzymu naznaczyli, jeśli Neapolskie

czy Węgierskie dukaty rozumiane być mają, tedy my deklarujemy, iż Węgierskie się rozumieć mają, i za Węgierskie je na liczbie przyjmijcie. Na potrzeby nasze, gdzie potrzebę być rozumiecie, dajcie, aby przez małą rzecz wielka się nie upuszczała. Wszak te extraordynarya, jako nam znać dają, trzechset skudów do roku nie przenoszą. Dat.

CLVI.

Sigismundus Augustus etc.

Ticinio.

Venerabilis d. n. d. Gdy i sami, tak jako nam sprawę dają, do Rzymu jechać chcecie, przeto rozkazujemy wam, abyście to, już nic nie mieszkając, uczynili, a tam jechali dla spraw naszych. W których z X. Kardynałem naszym Heilsberskim wszystko dostatecznie kommunikujcie, i bez rady J. M. nic nie czyńcie, przypominając i dając mu informacyę, wedle potrzeby, o wszystkich rzeczach naszych, a jego rezolucyej we wszystkiém się dzierżąc i w niczem jéj nie odstępując. Wszak będzieli was kiedy potém do Neapolim na czas potrzeba, będziecie tam módz dojechać za wolą X. Kardynałową. Pro gratia nostra.

CLVII.

Sigismundus Augustus etc.

Brancatio.

Magnifice s. n. d. Intelleximus cum ex litteris Venerabilis Stanislai Clodinii, Agentis istic nostri, tum vero ex sermone R. Vicecancellarii nostri, S. tuam magnopere cupere,

ut stipendium id, quod paulo ante S. tuae assignavimus, ad vitam S. tuae extenderetur. Itaque id concedendum esse S. tuae existimavimus, ac litteras ejus rei in manus Agentis istius nostri mittimus. Bona autem spe sumus S. tuam benevolentiam hanc nostram, perpetuo suo erga nos studio et observantia prosecuturam esse. Dat.

CLVIII.

Pensio Brancatii.

Significamus praesentibus litteris nostris, quorum interest, universis et singulis harum notitiam habituris. Quia nos habentes rationem singularis erga nos studii Magnifici Camilli Brancatii, quod jampridem perspectum habemus, tum autem praeterea allecti prompta ipsius voluntate ad obsequia nostra, quam nobis nuper per litteras suas declaravit, volentesque, ut, gratiae ac munificentiae nostrae regiae aliquo argumento provocatus, hoc majore diligentia versetur in obsequiis nostris in regno Neapolitano, ipsi pensionis annuae nomine, quoad nobis serviverit, mille et ducentos ducatos communes Neapolitanos ex reditibus nostris in regno Neapolitano dandum et assignandum esse existimavimus, uti quidem damus et assignamus hisce litteris nostris, singulis annis pro festo Paschae percipiendos usque ad extrema vitae illius tempora. Quod omnibus, quorum interest, nominatim vero Venerabili Stanislao Clodzinski, Cantori Cracoviensi et Secretario ac Agenti nostro Neapoli existentibus ad notitiam indubitatam deducimus, mandantes, ut praefato Camillo Brancatio, vel ejus plenipotenti eandem pensionem ex praedictis proventibus nostris Neapolitanis, quolibet anno incipiendo a proximo festo Paschae, mille et ducentos ducatos communes Neapolitanos det et numeret, darique et numerari jubeat. Nos autem id in

exigendis rationibus, visa illius quietatione, sumus suscepturi. In cujus rei certiorem fidem praesentes manu propria subscripsimus et sigillo nostro communiri jussimus.

Dat. Cnisinii 6 Decembris 1569.

CLIX.

Ejusdem negotii mandatum. Venerabili Stanislao Clodzinski, Cantori Cracoviensi et Secretario ac Agenti nostro Neapoli, d. n. dilecto g. n. regiam.

Sigismundus Augustus etc.

Venerabilis d. n. d. Assignavimus Magnifico Camillo Brancatio pensionis annuae nomine mille et ducentos ducatos communes Neapolitanos, quotannis pro quolibet festo Paschae percipiendos. Quare mandamus D. tuae ita omnino habere volentes, ut eandem pensionem quolibet anno, incipiendo a festo proximo Paschae, ex proventibus nostris Neapolitanis eidem Camillo Brancatio, vel ejus plenipotenti det, numeret et tribuat, darique et numerari atque tribui curet in effectum pro gratia nostra; nos vero id a D. tua, in rationibus exigendis, sumus suscepturi, harum testimonio litterarum, quibus et manu propria subscripsimus, et sigillum nostrum imprimi jussimus. Dat. ut supra.

CLX.

Sigismundus Augustus etc.

Pontifici Romano.

Beatissime pater etc. Magnis causis et ecclesiae rationibus accommodatis adductus, assensus sum, quantum maxi-

me in me fuit, ut ad Commendariatum Posnaniensem domus S. Joannis militiae Hierosolymitanae, quem Commendariatum hoc tempore obtinet Generosus Stanislaus Sendivogius etc., assumeretur per ipsum in Coadjutorem cum futura certa successione Generosus Adamus etc., fratris ipsius filius, homo catholicus, et catholicissima ac inter antiquas nobilissima in regno meo familia prognatus. Quoniam autem ea res auctoritate S. vestrae indiget, supplico S. vestrae, ut eam vel mea, vel familiae hujus, vel etiam ipsius ecclesiae causa, ratam habeat. Alioqui enim verendum esset, ne possessiones ejus Commendariatus, quae ejus generis sunt, ut a quovis, etiam sacris non initiato homine per leges teneri possint, in aliquod, ob vicinitatem hominum a catholica religione aversorum, non mediocre periculum incurrant, nisi nunc jam ei Commendariatui et certus, et ex eadem familia, successor fuerit designatus. Quam rem S. vestrae curae fore non dubito, et sane pro mea in S. vestram pietate peto et quaeso. Commendo me etc.

CLXI.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Farnesio [1]).

R. in Christo patri, D. Alexandro de Farnesiis, miseratione divina tituli S. Laurentii in Damaso, Cardinali Diacono, S. R. E. Vicecancellario et Regni nostri protectori, amico nostro charissimo, Salutem et omnis felicitatis continuum incrementum.

---

[1]) Alexander Farnese, Kardynał, opiekował się już w r. 1562 sprawami Polskiego kościoła, jako *patron* czyli *protektor*, jak widać z listu Kardynała Ottona Truchses, do Stanisława Hozyusza, pod datą 10 paźd. 1562 r.

R. in Christo pater, domine, amice noster charissime. Consensimus paulo ante, ut ad Commendariatum Posnaniensem, quem hoc tempore possidet Generosus Stanislaus Sendivogius a Czarnków, Curiae nostrae Referendarius, Drahimensis, Inovlodensisque Capitaneus, subrogaretur Coadjutor Generosus Adamus Sendivogius, fratris ipsius Magnifici Alberti Sendivogii a Czarnków, Majoris Poloniae Generalis et Pisdrensis Capitanei, filius. Quemadmodum P. vestra ex exemplo litterarum nostrarum ad S. D. nostrum, quod exemplum P. vestrae mittimus, cognoscet. Postulamus autem magnopere a P. vestra, ut, quemadmodum omnibus aliis in rebus ad regnum nostrum pertinentibus, ita in hac quoque gratiam et auctoritatem suam interponat. Vel etiam hoc magis, quo magis id et ex voluntate nostra proficisci, et ad possessionum ecclesiasticarum securitatem pertinere intelligit. Rem nobis P. vestra factura gratissimam. Quae bene valeat.

Dat. Cnisinii 18 Decembris 1569.

CLXII.

Sigismundus Augustus etc.

Regi Hispaniarum.

S. etc. Mortem Oratoris nostri, quam nobis litterae Serenitatis vestrae nuntiant, legi atque conditioni humanae attribuimus. Quod autem dolet Serenitas vestra, eo amisso, gravi teste, ut scribit, suae erga nos benevolentiae, privatam se esse, id quidem uti credimus, ita non decssé rationem ac viam videmus, qua nobis Serenitas vestra, non tam testimonio aliorum, quam re ipsa, declarare poterit, et quidem in re multo tempore a nobis desiderata, optatam ac nobis gratissimam benevolentiam suam. Id quod quidem ita futurum est,

si quem animum ipsa Serenitas vestra erga nos prae se fert per litteras suas, pro mutua et fraterna necessitudine ac conjunctione nostra, eundem animum ministri Serenitatis vestrae in negotiis nostris justissimis et aequissimis imitentur, nec, quod Serenitas vestra amantissimis et honorificentissimis litteris suis nobis defert, id ipsi factis suis obscurent, et in dubium quasi revocent, negato nobis, in causa manifesta expilatae haereditatis nostrae, aditu justitiae, qui alioqui extraneis quibusque et vilissimis hominibus in illo Serenitatis vestrae regno Neapolitano patere solet. Quod quidem quo magis dolenter scribimus, hoc magis in eo, religionem, pietatem, aequitatem denique Serenitatis vestrae regis Catholici, nunc etiam imploramus. Nam quod principale ipsum negotium nostrum attinet, id quidem ex proximis litteris nostris, quas ad Serenitatem vestram propediem scripturi sumus, copiosius Serenitas vestra cognoscet: cujus nos fraternae benevolentiae et conjunctioni mutuae etiam atque etiam commendamus.

Dat. 25 Decembris Varsaviae.

CLXIII.

Sigismundus Augustus etc.

Rui Gomez [1]).

Illustris etc. Olim ex J. viri Petri Barzi, Oratoris nostri, nunc autem quoque, illo vita functo, ex nostrorum, qui sunt istic, hominum litteris intelligimus praeclaram Illustritatis vestrae erga nos negotiaque nostra voluntatem: quae nobis sane semper accidit perjucunda. Etsi autem ipsam Illustritatem vestram, vel suae jam duntaxat constantiae causa, in eodem erga nos animo esse perseveraturam ad extremum

---

[1]) Roderyk Gomez, jeden z ministrów Króla Hiszpańskiego.

confidimus, cum praesertim nos ab se nihil nisi aequum et honestum petere videat, tamen ne se Illustritas vestra perdere officia sua existimet, his eam litteris certiorem facere voluimus, nos et eorum quidem, quae nobis hactenus ab Illustritate vestra praestita sunt, officiorum memores esse et reliquorum deinceps, quaecumque nobis ab ea praestabuntur, ita memores fore, ut se omnia Illustritas vestra bene posuisse semper intelligat et cognoscat. Dat.

CLXIV.

Sigismundus Augustus etc.

Bernardo Fogliolae [1]).

Generose s. d. Mortuó Petro Barzi, Oratore nostro, arbitramur S. tua officio suo nec defuisse hactenus, neque ad extremum defuturam esse. Itaque quoniam istuc Generosum Petrum Volski, Secretarium nostrum pro Internuntio misimus, huic S. vestra scripturas, libros, munimenta et in universum res nostras omnes, si quae sunt praeterea, tradi jubeat, ipsa autem, quemadmodum a nobis olim postulaverat, et quemadmodum nos jampridem illi per litteras nostras concessimus, poterit istinc discedere, et rebus interea suis vacare, data plenissima de omnibus rebus nostris notitia Generoso Internuntio nostro. Dat.

---

[1]) Bernard Fogliola, jeden z Sekretarzy Króla Zygmunta Augusta, znajdował się przy dworze Madryckim, wraz z Piotrem Barzym, i był przy śmierci tego posła.

CLXV.

Sigismundus Augustus etc.

Persio Cataneo [1]).

Nobilis grate dilecte. Quo in statu hoc tempore sint res nostrae Hispanienses, ex litteris G. tuae intelleximus, tum autem praeterea, quo studio ipsa feratur ad ejusmodi res nostras. Quod nos quidem ipsius studium gratissimo animo accipientes, commisimus Generoso Petro Volski, Secretario et Internuntio nostro, quem istuc misimus, ut is uberius de voluntate et animo nostro erga G. tuam propenso faceret illam verbis nostris certiorem. Ex eo igitur omnia plenius intelliget. Dat.

CLXVI.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Farnesio.

R. in Christo pater et domine, amice charissime. Ex iis, quae de optima erga nos P. vestrae voluntate, multorum hominum litteris intelligimus, ita judicamus, magis officii nostri fuisse gratias P. vestrae agere, quam P. vestrae uti nobiscum ullo genere excusationis. Quae enim erga nos P. vestrae officia proficiscuntur, ea non solum vincunt postulata nostra, sed etiam cogitationem ipsam nostram antevertunt, uti qui-

---

[1]) Perseus Cataneus, Sekretarz legacyi przy Piotrze Barzym w Hiszpanii.

dem proxime ex iis, quae P. vestra cum J. Neapolis Prorege de negotio nostro Barensi per litteras egit, abunde intelligi potest. Quo fit, ut nulla, quemadmodum diximus, excusatione opus habuisse videatur, quod Venerabili Stanislao Clodinio, Agenti nostro Neapoli, cum is ad urbem venisset, in negotiis nostris praesto non fuerit, quandoquidem re ipsa et officio suo abunde nobis postea satisfecerit. Agimus igitur hoc nomine P. vestrae gratiam, ab eaque petimus, ut deinceps quoque in rebus ac negotiis nostris eundem nobis animum, eandemque voluntatem praestet, ut intelligi possit P. vestram, non solum communi illo Protectoris regni nostri nomine, quod nos quidem ad P. vestram potissimum delatum esse gloriosum nobis ducimus, sed etiam propria et peculiari animi sui propensione, quam nos pari vicissim ac mutua voluntate nostra libenter P. vestrae reponemus, rebus nostris ac negotiis facere. Bene valeat P. vestra. Dat.

CLXVII.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Hosio.

R. in Christo pater s. n. d. Litteras P. vestrae de data duodecima et decima nona Novembris habuimus, ex quibus illam non satis commodatam fuisse valetudine cognovimus. Ex qua tamen et speramus jam quidem P. vestram convaluisse, et optamus. Quod si ita est, etiam profecto principium aliquod negotiis nostris per illam datum esse non dubitamus. Nos quidem ad omnes Internuntios, Agentes, Oratores nostros scribi jussimus, ut P. vestrae arbitrio omnia, quae ad Barensem causam nostram pertinent, moderentur, nec quicquam, inconsulta aut inscia P. vestra, incipiant. Quamobrem erit P. vestrae sententiam suam de ea causa ad singulos per-

scribere et, quae facto opus sunt, eos admonere. Nos autem quoque propediem faciemus P. vestram certiorem de iis rebus, quae nobis interea in mentem venerunt de hoc negotio Barensi. Qua in re quoniam gratia et benevolentia S. D. nostri uti decrevimus, sine ullo incommodo S. suae, dabit interim operam P. vestra, ut nobis benevolentiam hanc et gratiam S. ejus omni ratione conciliet, et animum S. ipsius, quantum maxime potest, ad causam nostram adjungat. Et quoniam P. vestrae ita videtur, litteras de annatis nostras ad S. ejus scriptas, et ad P. vestram missas intempestive hoc tempore redditum iri, acquiescimus in consilio P. vestrae, ut tum demum reddantur, cum P. vestrae videbitur opportunum. Illud etiam P. vestram meminisse volumus, quae coram cum illa de Coadjutore Varmiensi egimus. Valde enim nostra interesse scit P. vestra ex iis causis, quae tunc adductae in medium fuerunt, ut id negotium, citra moram aliquam longiorem, ad optatum exitum deducatur. Quod cum ita sit, dabit operam P. vestra, ut in eo et voluntati nostrae, et usui reipublicae regni nostri satisfactum esse videatur. Bene valeat P. vestra. Dat.

CLXVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Petro Volski.

Generose f. n. d. Z listów Bernata Fogliolae i Persy Catanei, który przy nieboszczyku panu Przemyślkim za sekretarza był, wyrozumieliśmy tak o śmierci pana Przemyślkiego, posla naszego, jako i o tych rzeczach, które się tam w Hiszpaniéj w sprawach naszych albo toczyły po te czasy, albo jeszcze i teraz toczą, które ich listy, iż nieco różności w sobie mają, przeto my sprawy o tém wszystkiém od was czekamy, chcąc i rozkazując wam, abyście nam bez mieszkania to wszyst-

ko, w jakiéj mierze tam rzeczy nasze zastaniecie, wypisali, i takież X. Kardynałowi Heilsberskiemu do Rzymu, nic nie mieszkając, znać dali. Co się tycze Fogliolę, temu, jako wiecie, na żądanie jego odpuszczenie daliśmy, tak iż oddawszy skryptury i rzeczy nasze, jeśliby które przy sobie miał, do rąk naszych, i dawszy sprawę takież, jeśliby co około rzeczy naszych wiedział, będzie mógł tam ztąd odjechać, a rzeczy swe sprawować. A wy zatém tego Cataneum, Sekretarza przy sobie zadzierżcie i tak, jako przystoi, traktujcie, dając mu znać, iż ofiarowanie jego, które przez listy swe do nas uczynił, jest nam wdzięczne, i czyniąc mu dobrą otuchę, iż gdzieby te tam sprawy, za staraniem i pilnością, i chucią jego przeciwko nam, ku rychłemu i dobremu końcu przyszły, tak jako on nam nadzieję czyni, łaską naszą pamiętać i nagradzać mu to będziemy. I we wszystkiém tak go miejcie, jakoby on, mając teraz po części łaskę naszą, a większéj się za czasem spodziewając, i skryptury nasze wam spełna oddał, które przy sobie ma, i to, co wie około spraw naszych, aby wam powiedział, i w czém może, aby wam tak w sprawach naszych, wedla tego jako go wy używać będziecie, należion był. A wy to, cośmy też wam przedtém pisali, na pamięci miéjcie, mimo wolę albo wiadomość X. Kardynała Heilsberskiego, nic w rzeczach tych naszych Barskich nie poczynać, ale we wszém Instrukcyi od niego czekać, dając mu znać o wszystkiém, jakokolwiek tam rzeczy nasze pójdą. Pro gratia nostra.

Dat. 25 Decembris.

CLXIX.

Sigismundus Augustus etc.

Archiepiscopo Rossani [1]).

R. in Christo pater s. n. charissime. Antea ex litteris

---

[1]) Jan Baptysta Castanea.

et sermonibus multorum, nunc autem quoque ex litteris ipsius intelleximus optimam ipsius erga nos voluntatem: quae quam nobis grata existat quamque jucunda, ex superioribus nostris litteris abunde illam intellexisse arbitramur. Nunc si illam pluribus verbis hortandam aut rogandam existimaremus, ad suscipiendam curam istic rerum nostrarum, magnopere veremur, ne aut diffidere ipsius erga nos animo, aut etiam litteris ipsius non eam quam deceat fidem habuisse videamur. Sin autem nos ipsos ejusmodi officiorum gratos fore uberius polliceamur, veremur sane ne officia illius verbis solis nos rependere voluisse appareat. Unum illud a P. vestra diligenter postulamus, ut, quod hactenus fecit, deinceps etiam faciat, rebusque et negotiis nostris omni suo consilio et auxilio praesto sit: inprimis autem, ut libri, scripturae, munimenta et, si qua sunt praeterea istic nostra propria, ea in cujusque tandem manibus sint, universa in potestatem Generosi Petri Volski, Secretarii et Internuntii nostri, quem istuc pridem misimus, perveniant, et ad eum, cum primum venerit, integre deferantur. Erit id P. vestrae officium (neque enim hanc partem litterarum etiam hoc loco praetermittere possumus) et nobis, et proculdubio ipsi S. D. nostro, longe gratissimum. Dat.

CLXX.

Sigismundus Augustus etc.

Papacodae.

Magnifice s. n. d. Quae ad nos S. vestra de studio suo et praeclara admodum erga nos voluntate scribit, ea nobis prorsus acciderunt gratissima. Quamobrem persuadere sibi debet, nos ipsi, quibuscumque rebus poterimus, omni nostra gratia et benevolentia regia defuturos non esse: uti ipsam

quoque S. vestram rebus et negotiis nostris, sicubi poterit, defuturam non esse nobis persuademus. Dat.

CLXXI.

Sigismundus Augustus etc.

Advocatis Neapoli.

Magnifice s. n. d. Omnibus de rebus, quae ad causas nostras Neapolitanas, et ad negotium Barensem pertinent, scribimus pluribus verbis et deinceps etiam scripturi sumus sententiam nostram ad R. in Christo patrem D. Cardinalem Varmiensem. Volumus igitur, ut S. vestrae omnia sua consilia cum P. ipsius communicent et ex arbitrio P. ejus negotia nostra deinceps moderentur. Non dubitamus autem, quin S. vestrae, quo animo hactenus, et quo studio in negotiis nostris versatae sunt, uti ex Venerabili Stanislao Clodinio, Agente nostro intelligimus, eodem et studio et animo deinceps etiam versabuntur. Quae res pertinebit ad demerendam S. vestris copiosius gratiam nostram.

Dat. Varsaviae 27 Decembris 1569.

CLXXII.

Sigismundus Augustus etc.

Puccino. [1])

Generose n. d. Litteras G. T. accepimus, in quibus nos studium illius et obsequium, quod nobis defert, magnopere

---

[1]) Jan Baptysta Puccini, jeden z Sekretarzy i agentów Króla Zygmunta Augusta.

delectavit. Si quid erit, in quo opera illius opus habuerimus, non gravate illa per omnem occasionem utemur.

Dat. Varsaviae 27 Decembris 1569.

CLXIII.

Sigismundus Augustus etc.

Tridentino Cardinali.

R. in Christo pater et domine, amice charissime. Significavit nobis per litteras R. D. Cardinalis Varmiensis noster de singulari P. vestrae erga nos studio et benevolentia. De qua etsi nunquam dubitavimus, tamen omnem illius mentionem existimamus, quidem nobis esse perjucundam. Postulamus autem a P. vestra, ut, quicquid ad dignitatem nostram pertinere ex R. ipso D. Cardinali Varmiensi intellexerit, in eo nobis constantem amorem et benevolentiam suam praestet: inprimisque in causa nostra Barensi eam se declaret, cui res ac negotia nostra cordi esse videantur. Etenim nos quoque, quacumque in re dignitatem P. vestrae agi cognoverimus, in ea nos libenter per omnem occasionem declaraturi sumus amicissimos et faventissimos P. vestrae. Quam optime valere cupimus.

Dat. Varsaviae 17 Decembris.

Eodem exemplo ad Cardinalem Augustanum, Urbinatem, Ferrariensem.

CLXXIV.

Sigismundus Augustus etc.

Clodinio.

Venerabilis d. n. d. Liczbę X. Ticinowę, którąście nam poslali, mieliśmy temi czasy, którą potém przejrzeć rozkażemy. Pieniędzmi tak temi, które wam zostawił, jako i innemi, które potém wyciągniecie, rozumiemy iż tak szafować będziecie, jakobyście ich nam co najwięcéj przez cambia przesyłać mogli, zwłaszcza gdy już do Hiszpaniéj tak wiele wychodzić nie będzie, jako po te czasy, za żywota pana Przemyślkiego wychodziło. A starajcie się, jakobyście przodkiem te 15,000, o którą się już dawno czynić poczęło, a potém też i drugie summy, które nam tam ta Curia Neapolitana winna, co najrychléj wyciągnęli. Fogliolę z Hiszpaniej jużeśmy rewokowali, a wszakoż jeśliby tam co mało daléj zetrwał dla posług naszych, co podobno być musi, dla téj śmierci pana Przemyślkiego, tedy się mu to będzie osobno mogło nagrodzić. Około intraty jego 600 dukatów ex Burgensaticis [1]) in universitate Noiae [2]), o to jemu podobno przyjdzie czynić z potomki Stempowskiego a potém się okaże, gdzie się tego daléj będzie miał upominać. Montio jako płacić macie jego jurgielt, napisaliśmy byli rozolucyę naszą do X. Ticina i Stempowskiego, agentów naszych, iż tak chcemy i rozkazujemy, aby mu płacono było to tylko, co ma na przywileju od nas

---

[1]) *ex burgensaticis bonis,* to jest: tak zwanych posiadłości, od wyrazu *burgensatica,* który znaczył ziemię, zostającą w posiadaniu mieszczan lub czynsz z téj ziemi.

[2]) Noya jeden ze znaczniejszych majątków w księztwie Bari; *in universitate Noiae,* znaczy: w gminie Noya.

danym naznaczono, o inszym jurgielcie, jeśli mu go kto dawał, o tém my nie chcemy nic wiedzieć. O Marsylim Settaro i takież o Vestrium, to uczyńcie, co się będzie zdało X. Kardynałowi Warmińskiemu. A wszakoż nam pierwéj znać dajcie, co się mu w téj mierze zdać będzie. Jednak i w téj, i w każdéj rzeczy naszéj, co się Baru dotycze, bez wiadomości jego nic nie czyńcie. Z nimże takież i to kommunikujcie, co się mniszki S. Clarae za dług u nas mieć poczytają. A obaczy-li X. Kardynał, iż się im dłużno, tedy nie jestechmy od tego, abyście im zapłacili te 220 dukatów, uczyniwszy protestacyą, żeby to było citra praejudicium declarationis adeundae haereditatis.

Dat. 27 Decembris.

CLXXV.

Sigismundus Augustus etc.

J. princeps domine, amice noster charissime. Perscripsimus R. in Christo patri D. Stanislao Hosio, Cardinali et Episcopo Varmiensi, nonnulla, quae P. ejus cum Illustritate vestra communicare voluimus, pro nostra erga illam benevolentia singulari. Postulamus ab Illustritate vestra, ut, quae ex P. ipsius intellexerit, in iis nobis amorem et benevolentiam suam declaret, quae nobis omnino futura est gratissima. Optime valere Illustritatem vestram cupimus. Dat. [1])

Eodem exemplo ad Reverendissimos 10, ad Illustrissimos 3.

---

[1]) Podług tego wzoru, jak dopisek wskazuje, wyexpedyowano z kancellaryi królewskiéj kilkanaście listów, t. j. 10 pod adresem Kardynałów i 3 do książąt.

Akta 1570 roku

z Miesiąca

Stycznia, Lutego i Marca.

CLXXVI.

Summa rerum gerendarum ab R. domino Cardinali Varmiensi, in negotio Barensi S. Regiae Majestatis.

Varsaviae die 9 Januarii 1570.

In multis et magnis molestiis, quas totos duodecim annos, ex negotio hacreditatis Barensis Sacra R. Majestas percipit, nulla molestia aeque afficitur atque indignitatibus iis: quae per haec tempora in hanc causam tot ac tantae incurrerunt, ut non solum Majestatis illius animum, sed etiam infimi cujusquam merito posse videantur commovere. Quae sane indignitates cujusmodi sint, R. dominus Cardinalis Varmiensis ex alio scripto, quod P. ipsius mittitur, abunde cognoscet. Dabit igitur operam P. ejus, ut in sermonibus suis familiaribus, quos istic habitura est cum hominibus alicujus auctoritatis, in quibus momentum aliquod ad causam hanc Majestatis illius adjuvandam situm esse videatur, de industria opportunas quaerat occasiones, quibus indignitates eas sic exponat, ut partim veritate narrationis ipsius, quae quidem veritas in scripto ipso, quod P. suae mittitur, diligenter spectata est, partim vero modestia ac gravitate sua, homines commoveat

ad perpendendas diligentius ejusmodi indignitates. Atque id quidem potissimum P. ejus cum Oratoribus, cum Internuntiis, cum Agentibus S. domini Hispaniarum regis, qui Romae sunt, cum Cardinalibus Hispanis, cum protectoribus regni illius, cum aliis denique ejus generis hominibus faciet, partim ipsa per se, partim per eos, quos esse ad id negotium aptos atque idoneos viderit. Inprimisque adeo aget eadem cum S. ipso domino nostro: quem singillatim omni quo poterit majore studio, de tot ac tantis indignitatibus, quibus Majestas haec Regia afficitur, faciet certiorem. In exponendis autem his ejusmodi rebus, illud non obscure feret, se rebus ipsis potius quam nostra causa adductum, ad commemorationem earum descendere voluisse. Quae quidem omnia postea-quam se satis in animo S. D. nostri impressisse animadverterit, tum, omni adhibita dexteritate, conabitur mentem S. ipsius eo inflectere, ut velit ac jubeat, motu, quod vocant, proprio, ad S. dominum Hispaniarum regem litteras scribere, ad quandam ejusmodi sententiam quam brevissime conceptam conformatas. S. ejus, dum pro officio supremi pastoralis sui muneris, ad quietem ac tranquillitatem regum ac regnorum christianorum invigilat, didicisse certissimis auctoribus Majestatem hanc Regiam, in causa omnium aequissima successionis maternae, plurimas ac gravissimas indignitates perpeti ab hominibus quibusdam sceleratis in regno S. Hispaniarum regis. De quibus etiam speraret se jus suum facile posse obtinere in ditione Serenitatis ejus, a qua, cum propter prudentiam ac religionem ipsius, tum vero etiam propter communem et mutuam ac antiquam tum sanguinis, tum voluntatum conjunctionem, omnia sibi prolixissime polliceretur, factum esse partim artibus eorum..... partim etiam iniquitate nonnullorum ex ministris Serenitatis ejus, ut quantum quidem in eo Majestas ipsa tot annis profecerit, vehementer poeniteat Majestatem ejus. Quamobrem S. ejus magnopere perterritam, ne forte Regiae ipsius Majestatis placidissimus alioqui animus, tum ejusmodi indignitatibus accensus, tum

etiam nonnullorum Consiliariorum (quos R. D. Cardinalis non deesse hic ostendet, qui ad omnem rerum tam in religione quam in republica novationem intenti sint) sermonibus instigatus, ad aliquid tandem ejusmodi transferri se patiatur, quod S. ipsius, pro bono totius christianitatis et commodo S. Hispaniarum regis ipsius, minime cuperet, compellasse proxime M. hanc Regiam per litteras suas paterne et amanter scriptas, eamque optimo animo esse jussisse de pietate, religione, prudentia, benevolentia S. Hispaniarum regis. Quas quidem ad litteras ita sibi a Majestate hac Regia responsum esse ut facile intelligi posset, Majestatem ipsius de aliorum potius iniquitate et perfidia conqueri, quam dubitare de ipsius S. Hispaniarum regis benevolentia erga se mutua, et tot sanguinum ac necessitudinum vinculis jampridem constituta. Paratam se fore, si eo ventum fuerit, litem hanc suam, vel ipsam Serenitate ejus judice disceptare; tantumque et aequitati suae causae, et bonitati ac pietati, et conscientiae Serenitatis ipsius tribuere, ut, si modo Serenitas ejus, semotis caeteris, qui maxima et iniquissima ad praegravandam causam Majestatis illius praejudicia afferunt, causam hanc penitius cognoscere ipsa voluerit, non dubitet se primo quoque tempore et supplicia de adversariis suis visuram, et ad possessionem maternorum bonorum, quae Majestati illius occupata sunt, perventuram esse. Hortari igitur S. ejus S. Hispaniarum regem, primum, ut causam ipsam Serenitas ipsius per se cognoscat, deinde, ut, quod in eadem causa Serenitas illius optimum et prudentissimum ac sanctissimum patrem suum Carolum V Imperatorem fecisse videt, qui, cognita vi justitiae ipsius, sua sponte, nullis aut judicum, aut arbitrorum, aut compromissariorum decretis adactus, eos status Reginae matri occupatos contrario imperio restituit, et privilegia ac investituras veteres omnes, non solum confirmavit ac renovavit, sed etiam, novis jurisdictionibus additis, liberalissime auxit et ornavit, eandem gloriosi parentis sui, in causa matris Majestatis hujus Regiae, viam gloriosissimam,

Serenitas ipsius tanti patris tantus filius, cum S. hac Regia Majestate, dignissimo illa matre filio, ingrediatur, et quos olim status Carolus V, pater Serenitatis ipsius vel uno anno detineri nomine suo noluit, sed eos confestim vir feminae, Imperator Reginae, cum amplissima benevolentiae suae significatione restituit, eosdem status hoc tempore S. Hispaniarum rex, ultra duodecimum annum occupari ne patiatur, sed eos vir viro, rex regi, quamprimum restituat, eamque significationem orbi universo praebeat, cum prudentiae, aequitatis, religionis suae, tum etiam paternae ipsius in re tam praeclara imitationis. Atque haec quidem fere summa litterarum esto. In postulandis autem ejusmodi litteris, ostendet R. D. Cardinalis S. D. nostro tum aequitatem, tum etiam facilitatem postulatorum suorum. Facilitatem quidem ex eo, ut dicat, Majestatem hanc Regiam magna spe esse, si modo S. Hispaniarum rex S. ejus auctoritate adductus eo fuerit, ut velit ipse causae istius circumstantias per se cognoscere, fore ut sine negotio ad paterni quoque istius exempli imitationem sua sponte adducatur. Res enim tam clara est et aperta, ut non multa sane opera ad sui declarationem opus habere videatur. Aequitatem autem postulatorum suorum ostendet ex his capitibus, quae sequuntur: quae, si S. illius probabuntur, poterunt apponi breviter ad extremum ipsarum litterarum.

Primum omnium, si id S. Hispaniarum rex fecerit, ostendet R. D. Cardinalis, conservari hoc pacto in robore verbum ac promissum tam Imperatoris Caroli V, quam S. ipsius Philippi Hispaniarum regis: qui, cum discessionem olim S. Reginae, matris Majestatis hujus Regiae, ex regno Majestatis ejus in Italiam, apud Majestatem ipsius per litteras suas postularent, satis indicabant, nihil se ejusmodi a Majestate illius postulare, quod ullum aut Majestati ejus, aut regno Majestatis illius detrimentum aut praejudicium adferre posse videretur. Quibus quidem Serenitatum ipsarum litteris tantum Majestas haec R. tribuebat, ut, adversante suo senatu, et nescio quid

in ejusmodi consilio suspicante, tamen matrem ex regno discedere permiserit, nec rebus suis regnique sui aliter prospicere voluerit, cum id et facile posset tunc facere et, ut faceret, serio admoneretur. Cujus quidem nunc tantae fiduciae suae interdum Majestatem illius suppudere incipit apud Senatum suum, commemorantem Majestati ejus, tum veritatem praedictionum suarum, tum credulitatem nimiam Majestatis ejus eorum, quae tunc a principibus illis ostendebantur. Deinde ostendet, conservari hoc pacto honorem et dignitatem, tam Regni Poloniae, quam Regiae Majestatis ipsius, principis omnibus necessitudinum vinculis cum S. Hispaniarum rege, et universa domo Austriaca conjuncti ac colligati. Conservari autem honorem hunc et dignitatem citra offensionem S. ipsius Regis Philippi, si modo Serenitas ejus, quomodo se res habeat, voluerit ipsamet plenius edoceri. Ostendet, conservari utrinque vinculum amicitiae et continuationem veteris benevolentiae, quae inter majores utrarumque Majestatum antiquitus constituta, maximis officiis utrinque contestata, ad haec usque tempora est deducta. Ostendet, gratificari hac ratione per S. Hispaniarum regem S. huic R. Majestati in rebus justis et honestis, nec permitti Majestatem ejus, ut fere fieri solet, laesa saepius patientia, descendere ad ulla aliena consilia, quae pacem ac tranquillitatem christianam perturbare posse viderentur. Cum non desint Majestati illius rationes, quibus, etiam sine suo magno labore, vindicare se alieno praesidio ab his indignitatibus posse videretur, nisi singulari sua erga communem christianam rempublicam pietate, ab ejusmodi consilio hostibus quidem tam catholicae religionis, quam familiae Austriacae exoptato, reipublicae autem christianae pernicioso abstraheretur. Ostendet, liberari hoc pacto S. Hispaniarum regem magna ac diuturna molestia et, quod majus est, etiam nonnulla non satis aequa hominum opinione, uti varia sunt mortalium et libera, cum in rebus omnibus, tum in factis praesertim principum, judicia.

Ostendet denique, id quod unum S. regi Hispaniarum ad infinitas propemodum illius laudes defuisse videtur, acquiri hac ratione Serenitati ipsius regem pro vasallo, quem Serenitas ipsius, vel propter hoc ipsum nomen regium, quod illi cum Serenitate ipsius commune est, vel propter ipsius opes, ingenium, prudentiam, consilium, quae Serenitati ejus ad multos et varios casus et eventus usui esse possunt, optare pro vasallo, atque hoc ipsum gloriosissimum sibi ducere deberet. Quemadmodum sane duxit gloriosum optimus Imperator Carolus V, parens Serenitatis ipsius, cum admitteret jure maritali pro vasallo Regem Sigismundum, Regiae hujus Majestatis patrem, ex cujus amicitia magnos fructus in omni fortuna capere solebat. Ex his igitur et ejusmodi capitibus, aequitatem postulatorum suorum R. D. Cardinalis Varmiensis S. D. ostendet. A quo etiam illud postulabit, ut eadem opera ad Nuntios suos, qui sunt vel apud Caesaream Majestatem, vel apud S. Hispaniarum regem, Litteras dare velit diligenter scriptas, ut Sacrae Regiae huic Majestati in negotio hoc Barensi praesto sint apud suum quisque principem nomine et auctoritate S. ejus, deque eo consilia sua cum Nuntio S. ejus, qui hic est apud R. Majestatem, conferant. Obtentis ac impetratis ejusmodi ad S. dominum Hispaniarum regem, et ad Nuntios S. ejus litteris, R. D. Cardinalis exempla earum litterarum ad Regiam hanc Majestatem, ipsas autem litteras ad loca sua deferri procurabit: ita tamen, ut, quae ad S. ipsum Hispaniarum regem inscriptae erunt, non prius Serenitati ejus reddantur, quam fuerit a Sacra hac R. Majestate imperatum. De quo quidem litteras Majestatis ejus exspectabit.

CLXXVII.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Hosio.

R. in Christo pater s. n. d. Ex duabus instructionibus nostris, quas hoc tempore ad P. vestram mittimus, cognoscet P. vestra, quid illam in negotio nostro Barensi facere velimus. Cujus quidem negotii rationes magis explicatas si forte S. D. noster cognoscere cupierit, non morabimur P. vestrae mittere, ubi ad nos de ejusmodi voluntate S. ejus perscripserit. Interim S. ejus P. vestra exponet, eo solo fieri, ut rationes nostrae clarissimae minus cerni a S. Hispaniarum rege possint, quod Serenitas ipsius ex actore factus sit reus, spoliatis nobis possessione quinquaginta amplius annorum continuata, et deinde eadem sibi ipsi jus dicat: atque ita in eadem causa idem sit et reus, et judex, quae confusissima est judicandi ratio. Nos tamen ne sic quidem refugere conscientiam Serenitatis ipsius bene informatam, sed ab aliis potius quibusvis informatam, quam a ministris suis, qui videntur in hac causa omnes veritatis fenestras occlusisse. Nunc illud praeter ea occurrit, ut P. vestra, quam secretissime potest, apud S. D. nostrum obtineat, ut Marina Arcamona monacha, quae in obsequiis S. olim parentis nostrae ad extremum usque versata est, et quae morti ipsius ac furtis et expilationibus Papacodarum interfuit, nunc autem Bari in Regno Neapolitano vivit, ea extra ordinem, mandato S. ipsius solius, ad nullam, nec nostram, nec cujusquam instantiam, de ejusmodi furtis examinetur; delata illi in omnem eventum nomine S. ipsius absolutione a falsitate ejus testimonii, quod antea per metum Papacodarum deposuisse dicitur in favorem ipsorum. Sic enim fiet, ut et S. ejus certius ac plenius de indignitatibus nostris cognoscat, et nos ipsi, per occasionem, eo examine ad res nostras uti posse

videamur, si forte unquam opus fuerit. Atque id quidem P. vestra ita agat, ut ne quis nos id agere, aut etiam egisse, possit suspicari. Illud etiam eodem prorsus modo curet, ut R. patri D. Episcopo Conchae, qui ex ordine Franciscanorum confessioni S. regis Hispaniarum praeesse dicitur, exponantur, nobis quidem quasi insciis, sive a Generali ejusdem ordinis Franciscanorum, sive ab alio quopiam ad eam rem idoneo, tam indignitates hae nostrae, quibus afficimur, quam aequitas causae ipsius. Quae utraque etsi illum nonnulla ex parte causae ac nomini nostro faventem jam reddiderunt, tamen magnopere proderit, illum aliunde etiam de iisdem rebus fieri certiorem, ut tanto majore cum fiducia possit regem de his indignitatibus admonere, eumque vel ad nostra restituendum, vel certe ad causam ipsam penitius per se, non per ministros, cognoscendum, per omnem opportunitatem adhortari. Qua in re, ut nos quidem arbitramur, etiam Jesuitae alicujus opera esset fortassis accommodata. Quod nos totum prudentiae P. vestrae committimus, ut, capto ex re consilio, quod bonum atque commodum causae nostrae viderit, id exequatur. Bene valere S. vestram cupimus.

Dat. Varsaviae ut supra.

CLXXVIII.

Relacya o śmierci Królowéj Bony i o sprawach, dotyczącyh sukcessyi [1]).

Wiele ucierpiał majestat Najjaśniejszego Króla Polskiego przez śmierć Najjaśniejszéj Królowéj Bony, jego matki, i wiele

[1]) Dokument niniejszy, zawierający relacyę o śmierci Królowéj Bony i intrygach Hiszpańskiego dworu, zamieszczony w oryginale w języku włoskim, drukujemy w tłómaczeniu polskiém.

zniósł niegodziwości, poczynając od wniesionego żądania do Królowéj matki przez hr. Broccarda, w imieniu Najjaśniejszego Króla Katolickiego, ażeby zrzekła się państw Baro i Rossano, na które odmowną dała odpowiedź. W chwili skonania Królowa Bona, opierając się zrobieniu testamentu, gdyż prawego miała dziedzica, dała poznać światu jakiemi podejściami, oszustwami i gwałtami Jan Wawrzyniec Papagoda kazał zrobić sobie zapisy, przechodzące summę, która pozostawała dziedzicowi męzkiemu.

Po napisaniu wymuszonego testamentu, Królowa opuszczona i zostawiona została bez żadnéj posługi, tak że gdy pić chciała, podawano jéj wodę spodkiem lichtarza mosiężnego, a gdy trzeba było otrzeć jéj usta, w braku bielizny, spowiednik swą chustką od nosa obcierać je musiał. Gdy ducha wyzionęła, nie było na czém ognia dla kadzidła rozpalić i prostéj ceglanéj dachówki użyto. Po otwarciu zaś ciała i wyjęciu wnętrzności, umieszczono je w obrzydliwém, potłuczonem, glinianem naczyniu, które bez żadnych obrzędów chrześciańskich i bez ludzkości, człowiek z gminu na swych barkach zaniósł do kaplicy zamku, w którym mieszkała. Ciało złożone w trumnie, z czterech prostych desek zbitéj, na któréj kawałkiem cegły dwa tylko czerwone krzyże napisano, przeniesione zostało do téjże saméj kaplicy, również bez żadnych obrzędów chrześciańskich i bez godności, jak gdyby nawet chrześcianką nie była, albo li też bardzo biedną istotą, a zostawiono je bez żadnéj straży, z dwiema, palącemi się w mosiężnych lichtarzach świecami, które, dopaliwszy się, zajęły ogniem trumnę, że omało całe ciało nie zgorzało. Jan Wawrzyniec, zabrawszy wszystkie srebra, a nie bacząc jak tylko na to, aby zrabować i zniszczyć dziedzica, pomimo obecności J. W. Zygmunta Finello, szlachcica, upoważnionego komisarza królewskiego, tak się uwinął, iż nim Królowa J. M. umarła, już zawiadomił w Neapolu podskarbiego Króla Katolickiego i przywołał go do Baro. Tenże podskarbi zaraz po śmierci królowéj, nazajutrz, zamiast uczynić jak

należało, to jest wprowadzić w posiadanie Baru J. W. Zygmunta w imieniu Króla Polskiego, zrobił przeciwnie, bo de facto objął rządy państwa na rzecz pana swego Najjaśniejszego Króla Katolickiego i w imieniu jego oddalił wszystkich urzędników, a innych na ich miejsca mianował; zabrał wszystkie pieniądze, jakie się znajdowały w złocie i monecie, na użytek królewski je obracając, zabrał również klejnoty i rzeczy i zawiózł je wraz ze wszystkiemi skrzyniami pism do Neapolu, gdzie w archiwum królewskiém je złożył, jakby już innego nie miały posiadacza. Chociaż głos publiczny żądał uporczywie śledztwa, wskazując jawne ślady, że królowa umarła z trucizny, zadanéj przez Papagodę, że bezczelnie przywłaszczono sobie spadek a wymuszony był testament, przecież dla uczynienia krzywdy Najjaśniejszemu Królowi Polskiemu, srodze poszkodowanemu, z obawy by kiedyś nieudowodniono nieważności testamentu, po zasięgnieniu rady wielu podwładnych Najjaśniejszego Króla Katolickiego, przyznano testament w interesie tegoż Króla; a gdy z procesu wytoczonego Papagodzie, wykrywały się jego łotrostwa, podskarbi królewski przeciął tok sprawy, aby już te rzeczy daléj na jaw nie wyszły. Wtedy Jan Wawrzyniec Papagoda do reszty zaradził swym kłopotom, zadając śmierć trucizną i żelazem wszystkim tym, którzy znali jego wykroczenia.

Napróżno Najjaśniejszy Król Polski posłał do Neapolu i do Baru swego ambasadora księdza Wissowskiego z dwoma agentami. Nietylko Wice-król, ani też żaden z pierwszych jego ministrów w Neapolu, nie chciał wyrozumieć słusznych praw królewskich, lecz nie znalazła się nawet osoba, któraby bez ulęknienia ośmieliła się o tém mówić; trudno też było innym sposobem wydobyć chociażby cząsteczkę spuścizny, aby za nią najuboższe sprawić egzekwie. Pojechał nareszcie poseł do Baru, aby wydobyć na pogrzeb jakąkolwiek kwotę pieniężną, lecz tam większych jeszcze doznał trudności, gdyż natychmiast srodze uwięziono doktora Cezara Farinę, niegdyś lekarza Królowéj Bony, dając powód, że

odwiedził posła, by się z nim rozmówić, i że przez tegoż odebrał listy królewskie. Oto do jakiego stopnia doszły niegodziwości przeciw takiemu Królowi, przeciw związkom pokrewieństwa i przyjaźni z Królem Katolickim. Po odbytych egzekwiach, znowu szło z trudnością wydobycie klejnotów i pieniędzy, ni cząstki ni całości nie otrzymano; wypadło nowego posłać ambasadora do Neapolu, a innego do Cesarza Ferdynanda i agentów na dwór Jego Królewsko Katolickiej M.; ledwo przyszedł Król Polski do odebrania tych klejnotów i pieniędzy, których spełna nie zaprzeczano, lecz musiał zapłacić drogo. Przy odbiorze zaś skrzyń, z papierami, które tak długo na dworze J. Kr. Kat. M. zatrzymywano, szedł w pomoc posłowi J. W. Wincenty Maxilla, doktór prawa, audytor królowéj; a że, jako biegły w rzeczach, śmiało za Najjaśniejszym Królem Polskim obstawał, został nikczemnie dla jakichś pozorów uwięzionym, z ubliżeniem godności pana, a na postrach dla drugich, przyczém skrzynie te znaczny poniosły uszczerbek, co Jego Królewską M. do słusznego gniewu pobudziło.

Wtedy znowu, gdy spodziewano się, że Papagoda ukaranym zostanie i że pierwszy za owe zapisy przed sąd stawionym będzie, Król J. M. zmiarkował (spostrzegł), że Jan Wawrzyniec Papagoda de facto, z upoważnienia królewskiego, raczej przemocą a nie prawą drogą wszedł w posiadanie majątku Noja, i wszystkich sreber, i przyborów zaprzężnych, koni i tego wszystkiego, co w testamencie kazał sobie zapisać, jak gdyby Król, syn Królowéj Bony już więcéj nie był na świecie. Zamiast wytoczenia sprawy i należytego ukarania winnego, Najjaśniejszy Król Filip nadał mu tytuł i godność Markiza Capurso, zatwierdził go na zamku w Baro i wyznaczył pensyą, jak gdyby prawdą być miało to, co własnoręcznie Papagoda napisał do księcia Alby, że wywiązał się z warunków umowy i przyrzeczenia danego dworowi katolickiemu, na wypadek śmierci Królowéj Bony.

Wywiązawszy się w ten sposób z zobowiązania, Papagoda domagał się zatwierdzenia posiadłości Baro i zostawał tak długo w łaskach, aż otrzymawszy dowództwo w wojnie przeciw miastu Taranto, a następnie godność Wice-króla w prowincyach i hetmaństwo tamże, okradając Króla i jego poddanych, miał to przekonanie, że jeżeli okradł swego pana i Króla, gorzéj jeszcze służył Najjaśniejszemu Królowi Polskiemu.

Król, chcąc zapobiedz tak niegodziwemu ogołoceniu go z posiadłości, których jako syn, po śmierci swéj matki, był władzcą i posiadaczem, a nie życząc sobie wytaczać sprawy przeciw J. Kr. Kat. M.; unikając także ubliżenia z strony jego ministrów; nie mogąc nic otrzymać od właściwego Króla, pomimo że upoważnionego wysłał w tym celu ambasadora do Brukselli: udał się za pośrednictwem swych posłów do Cesarza Ferdynanda, jako ojca wspólnego, życząc sobie i starając się o to, aby zdać się zupełnie na wiarę i sąd J. C. M. Trwało to dość długo, aż J. Kr. Kat. M. postanowił zgodzić się na to i dał mu słowo, że przyjmuje kompromis w formie zwyczajnéj i sprawiedliwéj, którą następnie Król Polski przedstawił. Wszakże ministrowie Króla Katolickiego, wiedząc jaką wyrządzili niesłuszność, by teraz uniknąć sądu tak sprawiedliwego cesarza, nie chcieli w nim położyć swéj ufności; zganili wyraźnie rzeczoną formę a podali inną, niezwyczajną, która raczéj była wyrokiem na korzyść J. Kr. Kat. M., aniżeli poddaniem pod sąd polubowny z powodu pewnych niesprawiedliwych kwestyi, które, gdyby ogłoszone zostały przez Króla Polskiego, słuszną jego sprawę uczyniłyby niesprawiedliwą. To gdy doszło do Cesarza i jego doradzców, oświadczono, iż tak być nie powinno, i że sam cesarz skreśli formę sprawiedliwą i uczciwą. Jakoż skoro ją podał, była natychmiast przez Najjaśniejszego Króla Polskiego przyjętą, lecz bezwstydnie odrzuconą przez ministów J. Kr. Kat. M. Z powodu téj zapalczywości ich i chytrości, ciężkiego Król Polski doznał zawodu, tak w wieloletnich swych oczekiwaniach, jako też w wydanych na to ogromnych summach pieniężnych.

Nie pozostaje teraz, jak opowiedzieć inną, większą jeszcze niegodziwość. Gdy Królowa po wymuszonym na niéj testamencie, przyszła nazajutrz do przytomności, a przypomniała sobie dokonane przez Papagodę oszustwo, dla zaradzenia, (gdyż go się lękała), kazała przywołać do siebie niejakiego Scipiona Cattapano, notarjusza apostolskiego, pisarza swéj kancellaryi, i w obecności trzech świadków, sekretnie sporządziła prawdziwy testament. Notaryusz atoli motu proprio publicznie go ogłosiwszy, również z własnéj dobréj woli, za pozwoleniem Króla Polskiego, łożącego nań i na jego agentów znaczne pieniądze, wyjechał na miejsce bezpieczne (wolne) do Wenecyi i tam na nowo wykazał tegoż testamentu autentyki. Scipio ów, bawiąc tam przez kilka miesięcy, z rozkazu ministrów Neapolitańskich, za sprawą sekretarza Króla Katolickiego w Wenecyi (zamieszkałego), był uwiedziony i przyciągnięty do Neapolu, aby już prawdy więcéj nie głosił, następnie obdarzony został łaską i pensją od dworu J. M. Króla Katolickiego wspaniale wynagrodzony póki żył. O śmierci jego Bogu tylko wiadomo, tak jak i o tych niegodziwościach i krzywdach Królowi Polskiemu wyrządzonych, któreśmy powyżéj zebrali.

CLXXIX.

Sigismundus Augustus etc.

Brancatio.

Magnifice s. n. dilecte. Gratum est nobis studium S. vestrae, quod ex litteris ipsius intelligimus, ad quas postea, si necesse fuerit, copiosius S. vestrae responderi jubebimus. Nunc quidem, occupatis nobis in restaurandis iis, quae mors Oratoris nostri Hispaniensis insperata videtur perturbasse,

tempus defuit. Interea tamen S. vestra, quod coepit, perficiet, ut Marina Arcamona confirmet testimonio suo expilationes factas, de quibus illi constat. Cum enim antea aliis de rebus testimonium dixisset, de expilationibus ejusmodi profecto nunquam hactenus examinata fuisse dicitur. Factura S. vestra officium nobis gratissimum.

Dat. Varsaviae 9 Januarii Anno domini 1570.

CLXXX.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Comendono.

R. in Christo pater, amice noster charissime. Quae de commerciis regni nostri egisse se scribit P. vestra cum prioribus civitatis Venetiarum, ea nobis officia gratissima prorsus a P. vestra acciderunt. Et quoniam adeo complexos esse eam causam diligenter, non dubitamus, si modo persequi, quod coeperunt, voluerint, et ipsam ex animi sententia esse successuram. Ad nos quidem si, uti scribit P. vestra, miserint, dabimus operam, ut quod ejus rei studium, quamquam erga civitatem illam benevolentiam nostram praesenti P. vestrae olim demonstravimus, eandem is, qui missus ad nos fuerit ejus rei constituendae gratia, perspiciat bene et cognoscat. Bene valeat P. vestra.

Dat. Varsaviae 9 Januarii 1570.

CLXXXI.

Franciscus Krasinski, Viceeancellarius regni.

Brancatio.

Illustris et Magnifice domine, amice charissime et honorande. Quid postulet hoc tempore Majestas haec Regia a M.

vestra, ex litteris Majestatis ejus M. vestra intelliget. Nec dubito, quin ad voluntatem Majestatis ejus studium suum et diligentiam accommodatura sit, praesertim cum negotium id ita sit per M. vestram jam provisum, ut nullam amplius difficultatem habiturum esse videatur. Ego autem M. vestrae nec defui profecto antea apud Regiam Majestatem, nec deinceps deero. Sicut enim mihi facile de constantia ipsius in obsequiis Majestatis illius persuadeo, ita ipsam de constantia amoris, benevolentiae, officiorum meorum, volo sibi quam prolixissima omnia polliceri. Quod scribit M. vestra occurrere sibi nonnulla, quae post mortem Oratoris Hispaniensis negotiis Majestatis Regiae usui esse possent, quae M. vestra coram si adesset, mihi exponeret, equidem gratissima mihi est et jucundissima haec M. vestrae erga me voluntas, in qua sane interim acquiesco. Verum si quid habet ejusmodi, quod negotiis S. R. Majestatis utilitatem aliquam afferre posse videatur, de eo tutissime M. vestra cum Illustrissimo domino Cardinali Varmiensi agere poterit: cui Regia haec Majestas summas negotii istius Hispanici et Barensis ita commisit, ut omnes Oratores, Agentes, Internuntios suos, voluerint in hoc negotio ac arbitrio Illustrissimae P. ejus dependere. Itaque non minus erit gratum Regiae Majestati, si M. vestra cum Illustrissima P. ejus de ejusmodi rebus communicaverit, quam si aut mecum communicaret, aut cum ipsa Majestate ejus. Optime valere M. vestram cupio.

Dat. Varsaviae 9 Januarii 1570.

CLXXXII.

Idem.

Ticinio.

Reverende domine, amice charissime. Renuntiationis exemplum S. olim Reginae Hungariae in forma authentica et probante, poślemy ztąd bez omieszkania W. M., ale się nam

tu tak widzi, iż lepiéj będzie, gdy się to pośle per litteras compulsoriales, [1]) które i firmitatem addent maximam exemplo ipsi renuntiationis, et ad alias res et ad alios casus permultum valere poterunt in futurum. A tak staraj się W. M., aby ten kompuls posłano taki, o jaki się szerzéj do Adwokatów pisze od J. K. M. Nota też donationum factarum S. Reginae Hungariae od nieboszczki Królowéj staréj, i ta się pośle, gdyż jeszcze czasu dosyć do tego około Hiszpańskich rzeczy ma teraz coś K. J. M. przed sobą, myśląc jakoby się co poratować mogło. I mamy w Panie Bodze nadzieję, iż będzie dobrze. Potém czasu swego napiszę o tém W. M. Bene valeat D. v. Dat. ut supra.

CLXXXIII.

Sigismundus Augustus etc.

Clodinio.

Venerabilis devote nobis dilecte. Dobrzeście uczynili, żeście Wolskiemu Instrukcyę i pieniądze do Medyolanu posłali, tak jako piszecie. Co się tycze negotium Królewicza J. M. Węgierskiego, poślemy bez omieszkania exemplum renuntiationis matki jego nieboszczki Królowéj Węgierskiéj, byśmy jedno tu mieli litteras compulsoriales na X. Legata Papieskiego, który tu jest. O czém piszemy szerzéj Adwokatom naszym, żeby nam ten kompuls posłali, bo tak większy kredyt mieć będzie ta renuntiatio, i do innych rzeczy ten to kompuls służyć nam może, gdy się potém cokolwiek takiego trafi. A jednak też tą rzeczą nic się nie omieszka, bo jeszcze czasu dosyć do tego. Także i około tego też co

---

[1]) *Litterae compulsoriales*, tak zwały się dokumenta czyli listy sądowe, w których nakazywano wyegzekwowanie danej sprawy.

nieboszczka Królowa Węgierska miała od nieboszczki matki naszéj, nie omieszkamy, dowiedziawszy się, dać wam znać. Interim posyłamy imiona świadków tych, którzy około tego będą mogli być examinowani. Zatém starajcie się, aby insze rzeczy i akcye nasze szły dobrze, za radą X. Kardynała Heilsberskiego, i za posługą Brankacego, a mianowicie starajcie się, aby Maryna Arcamona zeznała urzędnie to wszystko, co wié o szkodach poczynionych przez Papagodę in expilata haereditate, ponieważ o inszych rzeczach przedtém świadcząc, o tych szkodach nigdy jeszcze do tego było nie przyszło, aby świadczyć miała. Przy akcyach starajcie się też, abyście pieniędzy co najwięcéj wyciągnęli, a do nas przesyłali, zwłaszcza te 15 tysięcy, o których dawno nam nadzieję czynią. Wódkę tę, o którą wam memoriale ślemy, poślijcie nam co najpilniéj. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae 9 Januarii 1570.

CLXXXIV.

Franciscus Krasinski, Viccecancellarius regni.

Cardinali Hosio.

J. ac R. in Christo pater et domine, dominę colendissime. Obsequiorum meorum commendationem.

Raritatem mearum litterarum non video esse cur accuset J. P. vestra, nisi forte quod, antequam eam in urbem pervenisse scire potuerim, abstinuerim a scribendo. Quod equidem feci non magis ignoratióne itinerum ipsius, quam inopia argumenti. Postea nullos propemodum hinc tabellarios publicos dimisi, per quos ad J. P. vestram non scripserim. Quod quidem ita esse, tempus litteris ipsis meis adscriptum, judicio J. P. vestrae esse poterit. Domini Cromeri profectio Hispania commutata est. Volscius enim missus est, qui eo proficiscatur pro Internuntio: ut necesse non sit amplius hoc tempore, sive

domino Cromero, sive cuipiam alteri negotium exhiberi. Video enim ipsi quoque J. P. vestrae probari Volscii industriam et diligentiam. Quod cum ita sit, det quaeso operam J. P. vestra, ut negotium Coadjutoriae finem suum quamprimum consequatur. De quo per tabellarios proximos ipsa etiam Regia Majestas admonuit J. P. vestram. Ego hic nec in hac, nec in ulla alia re deero studio meo J. P. vestrae. Studio autem inquam, non enim eventus ipsos, quos praestare difficillimum est, recipere in me audeo. Quod superest, opto J. P. vestram bene valere. Dat. ut supra.

CLXXXV.

Idem.

Clódinio.

Reverende domine, amice charissime. Nie wiém, coby na ten czas innego W. M. pisać, gdyż z listu Króla J. M. wszystko W. M. wyrozumiesz. Co się tycze pieniędzy, danych albo Soderinis, albo Angelis, tak W. M. wiédz, iż o tém difficultatem nie masz, bo każdy to, co wziął, albo już oddał, albo odda pewnie do skarbu J. K. M., tak Angeli jako Soderini. Ale, iż J. K. M. cum Angelis uczynił i postanowił pewne cambium też na potomne czasy, tedy cokolwiek pieniędzy W. M. będziesz przesyłać deinceps J. K. M., to wszystko W. M. oddawaj tym Angelis albo respondentibus eorum. Posyłam W. M. terminacyę manny, któréjby mi tu pilno potrzeba. A tak proszę przy téj wódce, o którą pisze Król J. M. do W. M., poślij też W. M. i tę mannę wedle terminacyej, a napisz to W. M. *a conto mio*. A niechajby oboje i wódka i manna do ręku moich oddaną była. Bene valeat d. vestra.

Dat. ut supra.

CLXXXVI.

Sigismundus Augustus etc.

Advocatis.

Magnifici Viri, sincere dilecti. [1])

Z zadowoleniem dowiedzieliśmy się o tém, co W. M. piszecie nam, względem zapisu 10,000 dukatów rocznego dochodu, zrobionego przez Najjaśniejszą Królowę Matkę, Najjaśniejszéj Królowéj Węgierskiéj Siostrze naszéj; zapewniając nas, że z powodu zrzeczenia się onego przez Nią w czasie zaślubienia Xięcia Siedmiogrodzkiego jéj syna, nie może i nie powinna więcéj otrzymać nad to, co Jéj przypada za te lata, w których żyła jeszcze Najjaśniejsza Jéj Matka. A co do kopii autentycznéj wyż wspomnionego zrzeczenia się, któréj Ich Moście żądacie: zdaje się nam, iż należy Wam wydać polecenie Przewielebnemu Legatowi Jego Świątobliwości w Polsce, upoważniające go do wydania w formie prawnéj tak wspomnionego zrzeczenia się, jak każdego innego pisma, które kiedykolwiek będzie mogło być pożądane na nasze wezwanie, w naszym interesie. Gdyż w ten sposób, zaraz poślemy Wam wspomnione zrzeczenie się, a potém każde inne pismo, które w przyszłości będzie potrzebném.

Co zaś do tego, czego W. Moście żądacie, że powinniśmy posłać kopią wszystkich tych pism (dokumentów), w których wyrażone są wszystkie summy pieniężne i dochody ze starostw zapewnionych Królewiczowi Węgierskiemu i danych w Polsce w drodze łaski szczególnéj, po nastąpioném zrzeczeniu się przez Najjaśniejszą Matkę, na rzecz Naj-

---

[1]) Przekład z oryginału włoskiego.

jaśniejszéj Królowéj Izabelli; jako też imiona świadków dobrze poinformowanych, dla oddalenia roszczeń do części spadku, z jakiemiby się kiedy Xiąże Siedmiogrodzki odezwał, jako wyłączony z zapisu; rzekliśmy, iż zdaje się nam trudno należć takie dowody (pisma), bo świadczyłyby przeciw matce i córce. Pomimo tego wydaliśmy rozkaz poszukiwania onych z pilnością, a wszystko, co się najdzie, będzie posłaném według prawa w formie udawadniającéj, iż wszystko to, w skutek polecenia przez W. Moście wydanego Przewielebnemu Legatowi, uczynionćm zostało: a tymczasem przesyłamy imiona niektórych świadków i prześlemy następnie inne, aby w potrzebie mogli być przyzwani na termin oznaczony, jak o tém W. Moście donoszą.

z Warszawy d. 10 Stycznia 1570 r.

TESTES:

Lo Reverendo Adam Pilchowski, Praeposito Varsoviensi.
Lo Reverendo Alessandro Pisente, Custode Varsovien.
Lo Reverendo Andrea Hincia, Canonico Varsovien.
Lo Reverendo Cristino Drozdowski, Canonico Plocensi.
Lo Magnifico Gioanni Alfonso Castaldo.
Lo Magnifico Antonio Latertiano, Utriusque Juris Dottore.
Lo Magnifico Prosper Provana.
Lo Magnifico Vespasiano Dattola.
La Magnifica Portia Arcamona.
La Magnifica Marina Arcamona.
Mr. Savino Antonio.
Mr. Alessandro Baldi.

CLXXXVII.

Sigismundus Augustus etc.

Cromero, Clocevio, Solicovio [1]).

Venerabiles devote et nobiles fideles nobis dilecti. Ex litteris D. et F. vestrarum in Decembre datis, tum etiam ex iis, quae ad nos S. Succiae et Daniae reges, fratres ac foederati nostri charissimi scribunt per litteras suas in mense Novembre datas, intelligimus, admodum tenuem spem esse hoc tempore ejus conventus, cujus gratia D. et F. vestras Rostochium ablegavimus, componendarum communium rerum gratia inter nos et Serenitates eorum. Haerere autem istic D. et F. vestras, usque dum conventus hic coeat, quemadmodum quidem coiturum aliquando esse, non minus speramus quam optamus, non putamus esse ex dignitate nostra. Quamobrem, lectis his litteris nostris, discedent istinc D. et F. vestrae quamprimum, et ad stationes quisque suas revertentur.

Dat. Varsaviae 15 Januarii 1570.

CLXXXVIII.

Franciscus Krasinski, Viceeancellarius regni.

Cromero.

Reverende domine frater et amice charissime et honorande. Ne istic diutius D. vestrae R. haerendum sit cum col-

---

[1]) Marcin Kromer, Piotr Kloczewski i Jan Dymitr Solikowski, wysłani w poselstwie do Danii 1569 r.

legis, in tanta desperatione hoc tempore conventus istius Rostochiensis, dedi quantam potui operam. Itaque discedant istinc D. vestrae et ad sua suosque redeant licebit. De cogitatione etiam Hispaniarum, libero jam plane isto metu D. vestram R. Mortuo enim Petro Barzio, Castellano Praemisliensi, missus est in locum ejus pro Internuntio, vel potius remissus Petrus Volski, quem interea S. R. M. satisfacturum esse confido; ut necesse non sit hoc nomine sive D. vestram R., sive quem alium molestare. Negotium Coadjutoriae Varmiensis curae est, ut video, J. domino Cardinali: sed non minus ipsi quoque Regiae Majestati, quae nuper, hortante maxime et admonente me, J. D. Cardinali per litteras negotium hoc diligenter admodum jussit commendare. Bene valeat D. vestra R.

CLXXXIX.

Idem.

Demetrio Solicovio.

Generose domine, amice charissime. Wdzięczne mi było pisanie W. M., z któregom poznał zwykłą przeciw sobie chuć W. M. W mojéj też przyjaźni wątpić W. M. nic nie trzeba, którą zawzdy rad okażę W. M. per omnem occasionem. Teraz, iż Król J. M. licencyą W. M. wszystkim daje sam za się przyjechać, rozumiałem, iż intempestiyum było przypomnieć co J. K. M. o to, co W. M. piszesz. Rozumiem, że do wszystkiego będzie lepszy czas, gdy sam W. M. przyjedziesz. Pana Klocewskiego, jeśli tam jest, pozdrów odemnie, a sam mnie W. M. miłuj. Dat.

CXC.

Sigismundus Augustus etc.

Episcopo Posnaniensi [1]).

Reverende in Christo pater s. n. dilecte. Dał nam znać Joannes Baptista Puccinus, Sekretarz nasz, iżby mu miano zadzierżeć około siedmiset talarów assignamentu jego super Hostunio, jeśli dobrze pamiętamy to, co pisze. Ale iż się referuje w tym liście na zeznanie W. M., przeto napisz nam W. M. dostatecznie, co to za assignamentum było, a przecz się mu było dało, i przecz się zadzierżało, i wiele tego co się zadzierżało. Bo pisze, iż się to działo za czasu W. M., gdyś W. M. w Neapolim mieszkał.

Dat. Varsaviae die 14 Januarii 1570.

CXCI.

Sigismundus Augustus etc.

Castaldo [2]).

Magnifice s. n. dilecte. Pergratum nobis fuit studium S. tuae, quod scribit se nobis apud Caesaream Majestatem,

---

[1]) Adam Konarski herbu Abdank.

[2]) Jan Alfons Castaldo; rodzina ta pochodzi z Medyolanu. Jan Baptysta Castaldo ur. 1483 r. piastował różne wysokie godności na dworze Cesarskim; następnie był głównym dowódzcą wojsk Cesarza Ferdynanda w Siedmiogrodzie, jakoteż wyznaczony był do traktatu z Izabellą Zapolską, na mocy których układów syn jéj Jan Zygmunt miał poślubić córkę Ferdynanda; umarł 1563 r. Syn pomienionego Jan Alfons, był jednym z dowódzców Cesarza Maxymiliana w czasie wojny w Węgrzech 1566 r.; następnie jeździł w poselstwach do Polski i do Hiszpanii. W interesach spadku po królowéj Bonie, dopomagał Królowi Zygmuntowi Augustowi i wielce okazał mu się przychylnym.

fratrem et consanguineum nostrum charissimum declarasse, post suum a nobis reditum ad Majestatem ejus. Quod autem Majestas illius Caesarea promptam se esse ostendit in demonstranda nobis benevolentia sua, facit id profecto Majestas illius perpetua consuetudine sua, qua in rebus nostris utitur: quae nobis Majestatis illius propensa erga nos et parata voluntas, ita ut merito esse debet, est sane gratissima. Gratulationis officium apud Majestatem illius, de elocatis cum summa dignitate sua, familiaeque suae Caesareae, filiabus duabus, commisimus venerabili Oratori nostro, quem istic habemus. Uti quidem vere atque ex animo gratulamur omnes felices successus Majesti ejus.

Dat. Varsaviae 16 Januarii 1570.

CXCII.

Sigismundus Augustus etc.

Podoscio.

Venerabilis devote nobis dilecte. Ea est nostra erga Caesáream Majestatem benevolentia fraterna, aucta utriusque nostrum pari atque mutua voluntate, ut nihil sit rerum omnium optabilium, quas nos Majestati illius vere atque ex animo non faveamus. Quamobrem cum hoc tempore audivissemus, Majestatem illius duas ex J. filiabus suis in ejusmodi familias elocare, quae et antiquitate generis, et regnorum amplitudine, et opum potentia, inter praecipuas Christianorum regum familias numerantur, faciendum nobis esse existimavimus, ut de eo Majestati illius gratulemur. Quamobrem D. tua, exposita breviter, verbis quam maxime poterit efficacibus, benevolentia et studio nostro erga Majestatem illius, dicet nos, pro ea, quae nobis cum Majestate illius, domoque et familia Majestatis illius, conjunctio intercedit, non potuisse pati, offi-

cium gratulationis desiderari in nobis, in tanta turba gratulantium reliquorum principum christianorum; praesertim, cum nos quidem, in demonstranda Majestati ejus Caesareae fraterna benevolentia nostra, prae caeteris pene omnibus principibus christianis, principatum appetamus. Equidem nos hanc laetitiam, quae Majestati illius hoc tempore, elocandis, cum tanta et sua, et familiae suae dignitate, filiabus, obtigit, communem prope nobis cum Majestate illius ducere; optare etiam, ut harum ejusmodi affinitatum Majestas illius Caesarea, atque adeo universa respublica Christiana, fructus indies ferat desideratos atque salutares. Quod totum D. tua ita exponet, ut et rei ipsius, et temporis, et nostrae Caesareaeque Majestatis personae ratio postulabit. De negotio S. nepotis nostri responsum Majestatis illius exspectabimus, ut, quid denique nobis faciendum sit, scire atque intelligere possimus. Dat. ut supra.

CXCIII.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius regni.

Castaldo.

Illustris et Magnifice domine, amice charissime et honorande.

Incommodis usam esse J. M. vestram itineribus in suo a nobis reditu, magnopere doleo. Gaudeo certe quidem sanam ac salvam ad suos pervenisse. Illud mihi quoque gratissimum ac jucundissimum fecit ex litteris ipsius intelligere, meas litteras redditas per ipsam fuisse S. Caesareae Majestati, domino meo clementissimo, et acceptas a S. Majestate illius, solita ac omnibus hominibus nota ac perspecta clementia sua. Equidem, ut ipse Illustri Magnitudini vestrae nunquam hic defuturus sum apud Regiam hanc Majestatem, dominum me-

um clementissimum studio et opera mea, ita quoque ut J. M. vestra gratiam et clementiam istic S. Caesareae Majestatis studeat mihi conservare, ab illa etiam atque etiam peto et quaeso. Quam diu optime valere cupio.

Dat. Varsaviae 16 Januarii 1570.

CXCIV.

Sigismundus Augustus etc.

Electo Strigoniensi [1]).

Reverendissime in Christo pater, sincere nobis charissime. Cognitam et perspectam habentes virtutem et probitatem Venerabilis Georgii Fabii, Archidiaconi Collosiensis et Canonici Lauretani, non dubitamus illum tam S. D. nóstro per litteras, quam Caesareae ipsi Majestati, fratri et consanguineo nostro honorandissimo commendare. Quoniam autem non ignoramus, quem locum S. vestra apud Majestatem illius teneat, postulamus, ut, si quid in Majestate illius residere intellexerit offensionis alicujus adversus hunc Fabium, quam offensionem struxisse illi dicuntur adversarii ejus, id ex animo Majestatis illius eximat et, quantum potest, gratiam illi Maje-

---

[1]) Antoni Wranczy (po włosku zwany Veranzio, po łacinie Verantius), sławny dyplomata, urodzony 1504 r. w Dalmacyi, zmarły 1573. W młodości był wysyłany w różnych poselstwach przez Króla Węgierskiego Jana Zapolję i przez Królowę Izabellę do Polski, Włoch, Francyi, Anglii i Niemiec. Następnie jeździł po dwakroć w poselstwie od Ferdynanda I do Konstantynopola, mianowany przez tegoż Cesarza Biskupem Agryjskim. W r. 1568 wysłany przez Maxymiliana w poselstwie do Turcyi, w r. 1569 postąpił na Arcybiskupstwo Strygońskie, po śmierci Mikołaja Olahusa; został w końcu Wice-Królem Węgier i Kardynałem.

statis ejus conciliet, desumptis argumentis ex litteris nostris ad Majestatem ipsius, quarum litterarum exemplum S. vestrae mittimus. Bene valeat S. vestra.

Dat. Varsayiae 19 Januarii 1570.

CXCV.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius regni.

Strigoniensi.

R. in Christo pater et domine, domine observandissime. Cum accepissem his diebus nuntium, R. D. vestram Archiepiscopum Strigoniensem esse factam, ingentem animo laetitiam concepi, quod virtutem et industriam R. D. vestrae ejusmodi praemiis honorari intelligerem. Itaque gratulor ex animo R. D. vestrae dignitatis istius accessionem, deumque precor, ut ea R. D. vestrae perpetuae sit voluptati et honori, ad religionis et reipublicae christianae conservationem atque incrementum. Interea R. hunc D. Georgium Fabium, Archidiaconum Collosiensem commendo majorem in modum R. D. vestrae, ab eaque peto et quaeso, ut hominem, in hac ipsius iniquitate fortunae, velit sublevatum gratia atque auctoritate sua, apud S. Caesaream Majestatem, apud quam calumniis nonnullorum inimicorum suorum oneratus esse dicitur. Adjuverit R. D. vestra et popularem suum, et, quod caput est, virum bonum, et, quod postremo dicendum mihi est, mihi quoque ipsi rem admodum gratam fecerit. Optime valere R. D. vestram cupio.

Dat. Varsaviae 21 Januarii 1570.

CXCVI.

Sigismundus Augustus etc.

Clodinio.

Venerabilis devote n. d. Ad exstinguendam pensionem annuam quingentorum ducatorum in moneta Neapolitana Excellentis Caesaris Farinae, Medicinae doctoris, et nostri ac J. sororis nostrae Physici, dederamus ante annum unum litteras nostras ad Venerabilem Georgium Ticinium, Agentem tunc nostrum Neapoli, ut pro una vice det ac mnneret praedicto Caesari Farinae, vel ejus procuratori ducatorum in moneta Neapolitana tria millia. Eodem autem fere tempore mandabamus eidem per alias litteras nostras, ut ex mera gratia et liberalitate nostra regia, det praeterea eidem Doctori Caesari ducatos communes Neapolitanos in moneta quingentos. Nunc expositum est nobis, praedictos ducatos ter mille, exstinguendae annuae pensionis gratia, esse praefato Doctori Caesari numeratos, recepto etiam ab illo privilegio nostro constitutae supradictae pensionis. Caeterum quingentos illos ducatos, ex mera gratia nostra illi assignatos, hactenus illi non esse numeratos. Quamobrem nos volentes ea, quae semel concessimus, rata et inviolabilia esse, mandamus denuo D. tuae, ut quingentos ducatos ejusmodi communes in moneta Neapolitana, qui ex mera nostra liberalitate concessi hactenus numerati non sunt, statim, visis his nostris litteris, D. tua praefato Caesari Farinae, vel ejus procuratori legitimo numeret, nullis difficultatibus aut dilationibus interjectis. Nos enim quietationem ipsius in rationibus a D. tua suscepturi sumus. Pro gratia nostra et debito suo secus ne fecerit.

Dat. Varsaviae 21 Januarii 1570.

CXCVII.

Sigismundus Augustus etc.

Clodinio.

Venerabilis d. n. d. Znamy to z pisania waszego, iż tam na pilności waszéj nic sprawom i potrzebom naszym po te czasy nie schodzi, jakoż nie wątpimy, że i na potém schodzić nam nie będzie. Lecz iżeśmy my J. M. X. Kardynałowi Heilsberskiemu summam istius negotii zlecili, przeto jako pierwéj, tak i teraz rozkazujemy wam, abyście około tych tam rzeczy naszych nic bez woli a wiadomości J. M. nie czynili, ani czynić dopuszczali, a o wszystkiém J. M. i nam też dostatecznie pisali, czekając od nas albo od X. Kardynała rezolucyej we wszystkiém, zwłaszcza co się tycze essentialia ad negotium principale. Ostatek poruczyliśmy X. Podkanclerzemu do was napisać w niektórych pilnych rzeczach, w których chcemy, abyście się wedle pisania J. M. sprawowali.

Dat. Varsaviae 21 Januarii 1570.

CXCVIII.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius regni.

Eidem.

R. D. amice charissime. Przypatrzyłem się temi czasy kopiej listu z Hiszpaniej od pisarza nieboszczyka P. Przemyślkiego, Posła J. K. M. do Adwokatów, którą dobrześ W. M. uczynił, żeś W. M. posłał, i zdanie Adwokatów około tego, co ten pisarz proponuje, krótce J. K. M. przełożył.

Lecz w téj mierze ta jest wola J. K. M., abyś W. M. i to, i wszystko z X. Kardynałem zawzdy confidenter kommunikował, a w sprawach J. K. M. nikomu ani na tę ani na owę stronę rozumieć się inaczéj nie dał, jedno wedla informacyej, która W. M. będzie wedla czasu dana od J. M. X. Kardynała. Interim miej W. M. zawzdy pilne oko, którym umysłem kto co mówi albo pisze, pamiętając, żeś W. M. w ziemi cudzéj, między ludźmi chytremi a przewrotnemi, którzy pro forma bardziéj niż ex animo okazują się być życzliwemi Królowi J. M. panu naszemu, a częstokroć sub isto praetextu wszystkę wodę obracają na młyn pana swego przyrodzonego, a przynajmniéj na swój własny. Na ten list tego pisarza nieboszczyka P. Przemyślkiego, będziesz miał W. M. za antidotum ten skrypt, który się teraz W. M. posyła po włosku, który W. M. przy sobie mając, a nie ukazując go, możesz w rozmowach z Adwokaty używać tych rzeczy, które tam są napisane ad veriorem informationem facti. Bene valeat D. vestra. Dat.

CXCIX.

Sigismundus Augustus etc.

Generoso Jacobo Rokosowski.

In absentia teloucorum nostrorum Notariis, fidelibus dilectis.

Debentur a nobis Soderinis mercatoribus et societati eorum tria millia talerorum, pro certis rebus et mercibus in thesaurum nostrum importatis. Et item Magnifico Aemilio Malvetio ratione pensionis ipsius, annuorum quingentorum aureorum Hungaricalium per triennium, videlicet annis 1566, 1567 et 1568 retentae, debentur a nobis aurei Hungarici mille et quingenti, qui per grossos 52 computati, faciunt florenos duo millia et sexcentos. Conjuncta autem haec summa cum priori, con-

stituit summam quinque millium et nongentorum florenorum. Quae summa, ut ex thesauro nostro quamprimum solveretur et in effectu iis, quibus debetur, numeraretur, commiseramus Magnifico olim Stanislao Sobek etc. Quoniam autem ob angustias thesauri nostri, quem aliis necessitatibus tunc temporis oneraveramus, dissolvi non potuerit, ita factum fuit, ut solutio ipsius ad telonea nostra devoluta et per syngrapham Magnifici olim Thesaurarii praefectis teloneorum delegata fuerit, prout id ex syngrapha ipsius etiam ad praesens apparet. Nunc igitur cum expositum sit nobis, ne ex ipsis quidem teloneis nostris eam summam hactenus solutam esse, mandamus F. tuae, ut, visis his litteris nostris, praedictam summam quinque millium et nongentorum florenorum, ex duabus summis nominatis conflatam, solvat F. tua et numeret, solvive et numerari jubeat universam Soderinis mercatoribus vel procuratoribus eorum. Quemadmodum hanc voluntatem nostram F. tua copiosius ex Venerabili Simone Lugowski, Praeposito Miechoviensi et Thesauri nostri Notario, copiosius cognoscet, nos autem id, visis quietationibus Soderinorum, in ratione suscepturi sumus. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae 22 Januarii 1570.

CC.

Sigismundus Augustus etc.

Magnifico Hieronimo Bużenski.

In absentia Thesaurarii nostri Notariis s. et f. nobis dilectis.

Magnifice s. n. dilecte. Commiserat pridem M. Stanislaus Sobek etc. ex mandato nostro speciali, ut summa quinque millium et nongentorum florenorum monetae nostratis, ex duabus summis conflata, una ex retenta pensione triennali

quingentorum aureorum Hungaricalium Magnifico Aemilio Malvetio, quae constituit summam florenorum in moneta duorum millium et sexcentorum, altera ex tribus millibus talerorum, quae debentur a nobis Soderinis mercatoribus pro variis rebus in thesaurum nostrum importatis, ea summa in teloneis nostris solveretur; quemadmodum id ex litteris quietationis ipsius Magnifici olim Thesaurarii luculenter apparet. Sed quoniam fides nobis facta est, eam summam solutam non esse, mandamus denuo F. tuae, ut eam ex iisdem teloneis nostris solvi primo quoque tempore imperet Soderinis ipsis vel procuratoribus eorum. Quod nos, ut recte et ex mandato nostro expensum, in exigendis rationibus suscipiemus. Quemadmodum de eo pluribus verbis Venerabili Simoni Lugowski, Thesauri nostri Notario locuti sumus, ex quo plenius S. tua voluntatem nostram cognoscet. Pro gratia nostra. Dat. ut supra.

CCI.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Hosio.

R. in Christo pater s. n. dilecte. Memoria tenemus, monuisse nos antea P. vestram, ut, quoniam nobis nonnulla in mentem veniunt, quibus causa Barensis nostra non mediocriter possit adjuvari, ea autem ejusmodi sunt, quae a vulgari et hactenus usitata ratione administrandi ejus negotii nonnihil abhorreant, det operam P. vestra, ut ab urgendo porro principali ipso negotio tantisper abstineat, dum eam de consilio et propositione ejusmodi nostro facimus certiorem. Nunc quoniam ex litteris multorum intelligimus, studio nonnullorum servitorum nostrorum fieri, ut P. vestrae quotidie fere multa

ac varia proponantur, quibus negotium ejusmodi non mediocriter adjuvari posse videtur, veremur nonnihil, ne P. vestra aut verisimilitudine rationum, aut studio eorum hominum adducta, tentandum sibi aliquid ejusmodi esse existimet. Quamobrem iterum atque iterum P. vestram admonemus, ne quid prorsus inceptet, inceptarive permittat in negotio ipso principali, sed, omnibus auditis, quicumque aliquid ad causam nostram afferre se profitentur, conservet nobis rem integram ad pleniorem deliberationem nostram. Declaravimus enim primum diutius nonnihil deliberare, deinde ubi satis deliberaverimus mature de re tota facere P. vestram certiorem. Interea nihil aliud quam studeat, quantum maxime potest, voluntates hominum cum reliquorum, tum inprimis Sanctissimi ipsius Domini nostri ad causam nostram adjūngere, praeponendis per omnem occasionem indignitatibus iis, quas totos jam duodecim annos perpetimur, in tanta causa ipsius nostrae aequitate. Qua de re superioribus nostris litteris copiosius ad P. vestram scripsimus. Provideat autem quoque, ut qui tam in Hispaniis quam Neapoli curam gerendi ejus negotii sustinent, ita se componant, ne quid omnino in negotio principali agant sine aut nostra, aut P. vestrae voluntate. Quod superioribus litteris P. vestrae scripsimus de examinanda Marina Arcamona, auctoritate S. Domini nostri, de furtis Papacodarum, quoniam esse videmus, qui id S. ejus directi dōmini titulo facere cupiant, nobis quidem diversa de eo sententia est. Magis enim consultum videtur nobis, facere id Sanctitatem ejus denuntiatione, ut vocant, evangelica, proposito videlicet in universum metu censurarum ecclesiasticarum in eos, qui id scientes non revelaverint, quam auctoritate directi domini: quae res et plena invidiae futura sit, et difficilem exitum habitura. Sed hoc totum, quod P. vestrae scribimus, tam de causa principali, quam de expilata haereditate, ita P. vestram attemperate agere volumus, ut ea omnia sua potius sponte, quam impulsu nostro agere videatur, nec rationes consiliaque ulli prorsus hominum communicet. Bene valeat.

Dat. Varsaviae 24 Januarii 1570.

CCII.

Sigismundus Augustus etc.

Volscio.

Generose fidelis nobis dilecte. Iż tego nam jest wielka potrzeba, aby negotium nasze principale, które przez tak wiele lat toczy się przed Królem J. M. Hiszpańskim, bratem i powinowatym naszym, zaczęło się teraz dobrze post tot et tantas jactationes, przeto pisaliśmy wam pierwéj i teraz też powtarzamy, abyście nic a nic, zwłaszcza więc in negotio principali, nie zaczynali, aż za zdaniem albo naszém, gdy was przez list w tém napomnimy, albo X. Kardynała Warmińskiego, któremuśmy summam tych rzeczy poruczyli. A inaczéj abyście nie czynili, ani się żadnym perswazyom żadnego człowieka uwodzić nie dali in contrarium. Sprawując jednak to, co wam rozkazujemy, jako może być najskryciéj. Bo baczymy, między jakie ludzieśmy was posłali, z któremi trzeba w każdéj mierze bacznie się mając zawzdy na pilnéj pieczy rzeczy swoje etc. Pisarz ten nieboszczyka pana Przemyślkiego, tak widzimy z pisania jego, iż zmierza do Polski, a my go tu nie potrzebujemy. A tak, odebrawszy od niego skryptury pilno, wedle Inwentarza, i wziąwszy od niego wiadomość, jeśli która być może od niego prawdziwa w rzeczy naszéj, odprawcie go bonis modis i podarujcie wedle dyskrecyej waszéj, a dajcie mu znać sami z siebie, iż się tu nie ma po co kołatać. A tak czyniąc, jakobyśmy go poczciwie próżni być mogli. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae 24Januarii 1570.

CCIII.

Franciscus Krasinski Viccancellarius regni.

Eidem.

Generose domine, amice charissime. Z listu Króla J. M. wyrozumiesz mentem J. K. M., któréj proszę niwczém W. M. nie odstępuj, bo tego jest potrzeba. Pamiętajcie z ludźmi tamtemi praktykując, non omni statim spiritui credere, ale przypatrując się wszystkiemu, bierzcie wszystko w rozum, a o wszystkiém do Króla J. M. i do X. Kardynała Warmińskiego dostatecznie piszcie. In reliquo, de causa principali starania i pilności żadnéj nie czyńcie, aż wam będzie od J. K. M. albo od X. Kardynała nominatim rozkazano, chociaż się tam inaczéj zdać będzie temu Włoszkowi, pisarzowi nieboszczyka P. Posła. Interim sufficiat animos hominum, quorum potestis, ad causam Regiae hujus Majestatis adjungere, vel, si quorum forte adjuncti sunt, conservare, okazując i krzywdy a indignitates wielkie, które się dzieją J. K. M. i pacyencyą wielką, a większą jeszcze konfidencyą J. K., M. w Królu J. M. Hiszpańskim, bracie swym, a nakoniec pokazując aequitatem causae ipsius. Około czego dobrze będzie mieć W. M. notata capita, co sami pomnieć możecie, i co tam z tych wyrozumiecie, które jeszcze na ten czas około siebie macie, abyście tém za okazyą szafować mogli. Obiecując też, gdzie potrzeba, wdzięczność i łaskę J. K. M. Bene valeat D. vestra. Dat. ut supra.

CCIV.

Sigismundus Augustus etc.

Thesaurario [1]).

Magnifice s. n. dilecte. Jest wola i rozkazanie nasze, abyś W. M. dał extraordinarie na ten czas, skoro ten list nasz przeczytasz, X. Podoskiemu, Posłowi naszemu u Cesarza J. M., talarów 300. Co my od W. M. na liczbie przyjmiemy. Pro gratia nostra. Dat. ut supra.

CCV.

Sigismundus Augustus etc.

Sanctissimo Domino uostro.

Evocatus est proxime litteris citationis cujusdam Venerabilis et Religiosus Andreas Karwicki, Abbas Vanchocensis et Secretarius meus, ut istic in urbe personaliter se sistat, quasi is litteras inhibitionis cujusdam Capellani Apostolici levius aestimasset, et quasi praeterea multorum aliorum criminum reus esset, quae non possent nisi praesentia ipsius expiari. Eorum autem omnium accusatus esse videtur ab adversario suo Stanislao Lipnicki, ob controversiam, quae illi cum Abbate, de decimis quibusdam, jampridem intercedit. Ac quod litteras quidem inhibitionis attinet, satis cognitum est nuper, vel in ipso judicio, cum causa eorum apud tribunal

---

[1]) Hieronim Bużeński, mianowany po śmierci Stanisława Sobka Podskarbim W. K.

meum frequenti Senatu controverteretur, tantum abesse, ut ejusmodi litteris Abbas non paruerit, ut magnam etiam propterea jacturam fecerit, quod se praestiterit earum litterarum observantem. Nam adversarius illius, inhibitione sua abusus, ipsum ad officium saeculare evocabat, et poenam legum nostrarum ita extendi in eum postulabat et urgebat, ut res a proscriptione paululum abesse videretur. Quam nos quidem calumniam tam apertam cum frequenti Senatu nostro detestati, Abbatem ipsum sententia nostra quasi in integrum restituimus et, rescissis actis officii saecularis, partes ad forum ecclesiasticum Romanum remisimus, causa ipsa ad eos plane terminos devoluta, in quibus erat, antequam ad officium saeculare deduceretur. Atque haec quidem de litteris inhibitionis. Quod autem reliqua crimina attinet, de quibus accusatur, ego quidem totum hoc inane esse puto, tum quod Abbas hic multos annos in aula mea versatus, honestissime semper se gesserit, tum quod, si is a se ipso discessisset et aliquid forte eorum, de quibus accusatur, admisisset, credibile non est, primum loci ordinarium ipsum, deinde etiam ipsum S. vestrae Nuntium, officio suo in vindicandis ejusmodi criminibus defuturos fuisse. Quidquid tamen ejus est, equidem non impedio, quominus causam ipse dicat, sive apud loci ordinarium, sive apud ipsum S. vestrae Nuntium, sive apud quemcumque alium, cui id muneris S. vestra injungere voluerit intra regnum meum: aut vero si obtineri id non potest, saltem, ut per procuratorem illi liceat adversario suo istic respondere. Unum illud a S. vestra deprecor, ne patiatur Secretarium meum, hominem valetudinarium, in aetate ipsius ingravescente, ob nudam adversarii accusationem, ejusmodi iter suscipere, quod et valetudini ipsius magnopere incommodare, et reipublicae obsequia, in quibus hoc tempore versatur, remorari et consuetudini praeterea regni mei praejudicium adferre videatur, si homo accusatorie duntaxat delatus, nec ullis adhuc argumentis aut testimoniis convictus, statim ex regno meo debeat evocari. Equidem si id, quod peto, S.

vestra fecerit, pollicitus sum R. D. S. vestrae Nuntio, magnam propediem ex ea re voluptatem S. vestram esse percepturam. Commendo etc,

Dat. Varsaviae 25 Januarii 1570.

CCVI.

Sigismundus Augustus etc. Cardinali Varmiensi.

R. in Christo pater s. n. dilecte. Cujusmodi citatione evocatus sit ex regno nostro Venerabilis et Religiosus Abbas Vanchocensis, ex exemplo citationis ipsius, quod P. vestrae mittimus, P. vestra cognoscet. Nobis equidem novum plane et inusitatum esse videtur, homines accusatorie duntaxat delatos, nec dum ullius rei convictos, statim extra regnum evocari, praesertim cum hic Abbas et Secretarius noster sit, et semper honeste in aula nostra vixerit, et praeterea in hac causa, quae illi cum adversario intercedit, ita se gesserit, ut nullas amplius difficultates, sed maximas gratias a S. Sede Apostolica meritus esse videatur: quemadmodum copiosius rem ipsam istic exponet P. vestrae Venerabilis Nicolaus Passek, qui illam perspectissimam habere dicitur. Non prohibemus tamen, quominus causam dicat de eo, quo de accusatur: sed primum si personaliter, ut id fiat intra regnum nostrum, commissa causa nomine S. ejus, cui visum S. ejus fuerit, sin extra regnum, ut id fieri possit per procuratorem: horum alterum a S. ejus postulamus, uti ex exemplo litterarum ipsarum nostrarum ad S. ejus P. vestra intelliget, dabit autem operam P. vestra etiam nomine, ut et homini ecclesiastico, inique ab adversario circumvento, istic consulatur, et petitio nostra ac intercessio pro ipso, in eam, quam vellemus partem a S. D. nostro accipiatur, cujus paternam benevolentiam cupimus nobis esse perpetuam. Bene valeat P. vestra. Datum ut supra.

CCVII.

Sigismundus Augustus etc.

Viceregi Neapolitano [1]).

J. princeps, amice noster charissime. Opera et obsequio fideli Generosi Joannis Antonii Domini Roberti (*sic*) Baronis libenter utimur in aula nostra: qui se sane nobis per hoc tempus, quo nobiscum est, ita probavit, utet ipsi, et familiae ejus universae optime cupiamus. Quamobrem ab J. vestra postulamus et ex animo rogamus, ut hunc fratrem ipsius Joannem Vincentium, qui has nostras Illustritati vestrae reddet, omni sua gratia et benevolentia Illustritas vestra prosequatur, quoties ea uti necesse habuerit. Valde enim cupimus, cum familiamque ejus universam intelligere, nostram hanc commendationem non vulgarem, sed ex veris ipsius meritis et singulari nostra gratia profectam exstitisse. Fecerit nobis Illustritas vestra rem gratissimam, si id illi per occasionem demonstrarit. Bene valeat Illustritas vestra.

Dat. Varsaviae 30 Januarii 1570.

CCVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Pontifici Romano.

Beatissime pater etc. Familiam Dom: Robertorum Baronum, qui sunt Neapolitani, libenter complector, tum pro-

---

[1]) Perafano de Ribera, Książę Alcala.

pter ipsius familiae honestatem, tum vero propter industriam et fidem Joannis Antonii Domini Roberti Baronis, quam mihi, per aliquot annos in aulae meae obsequiis versatus, et probavit hactenus, et probare etiam non desistit. Itaque discedentem hoc tempore fratrem ipsius Tiberium libenter prosecutus sum commendatione litterarum mearum apud S. vestram. A qua sane diligenter peto et quaeso, ut eum gratia sua complectatur et, si qua in re favore S. vestrae opus habuerit, ostendat S. vestra, meam quoque commendationem illi apud S. vestram magnopere profuisse. Commendo etc.

Dat. 30 Januarii 1570.

CCIX.

Sigismundus Augustus etc.

Stanislao Clodinio.

Venerabilis, devote nobis dilecte. Generosum Joannem Antonium Domini Roberti Baronem (*sic*), scit D. tua jampridem honeste versari in obsequiis nostris. Quo fit, ut et ipsum illum, et familiam ipsius ornatissimam esse cupiamus. Si qua in re opera D. tuae frater ipsius Joannes Vincentius istic aliquando indiguerit, maxime apud J. istum Viceregem, tum et praesentiam quidem illi suam D. tua accommodabit et, si opus fuerit, interponet nomen etiam et auctoritatem nostram.

Dat. Varsaviae 30 Januarii 1570.

CCX.

Przestrogi potrzebne Najjaśniéjszemu Panu, względem zastanowienia się nad listem, napisanym do Jego Królewskiéj Mości i Jego Adwokatów w Neapolu, przez Sekretarza przy Ambasadorze Barzym [1]).

Najprzód co do tego, co Sekretarz, opowiadający rozmowę mianą z Prezydentem Chiroga Ereta i z innemi członkami Rady Hiszpańskiéj, oświadczył: że po wielu rozprawach, wszyscy zgodzili się na to, aby Król Katolicki nie wydawał już rozkazu swoim Ministrom w Neapolu, względem dalszych poszukiwań urzędowych, co do wydartego przez Papagodę spadku, zatém tenże Sekretarz podaje radę, że na teraz nie podobna inaczéj postąpić i że nie należy czynić żądania zwrotu wydartéj spuścizny, gdyż mogłoby to nam w głównéj sprawie zaszkodzić. Czyni się tu uwagę, iż Ministrowie Króla Katolickiego mieli zawsze na celu służyć pożytecznie swemu Panu, i takiemi do końca pozostaną; ale znajduje się większa liczba takich, co, pracując w interesie swego Pana, nie zaniedbują własnego interesu, z powodu znacznych pieniężnych korzyści. Wypada tedy dobrze zastanowić się, czy jest dobrze iść za dawaną radą i wierzyć słowom przeciwnika. Godzi się dlatego mieć na pamięci, że różnice zdań, które zachodzą co do niedozwolenia prowadzenia z urzędu sprawy, pochodzą z dwóch przyczyn: pierwsza, iż lękają się, aby w razie niemożności utrzymania w całéj mocy zachodów Papagody, co do wydartéj spuścizny, nie był tenże zmuszonym do wyjawienia układów, jakie miały miejsce o napisanie nieprawego testamentu, a zwłaszcza, że to się działo za wiedzą wysoko położonych

---

[1]) Przekład z oryginału włoskiego. Sekretarzem tu wzmiankowany był Perseus Cataneus.

osób. Drugą przyczyną jest to, że J. K. M., zrażony długiém oczekiwaniem na rozpoczęcie sprawy o wydarty spadek, i nie otrzymując onego, gotów będzie innego chwycić się środka, i sam go sobie weźmie, ogłaszając się prawym dziedzicem na mocy dowodów testamentu. Pierwsza przyczyna jest bardzo jasna, dla wielu skazówek, bo pewną jest rzeczą, a może o niéj się przekonać każdy staranny badacz, że w procesie przeciw Papagodzie, wytoczonym przez Dwór Królewski, już wiele wykryło się rzeczy, tak co do wydartego spadku, jak co do zadanéj trucizny; że dlatego Dwór Królewski wielkiego doznał kłopotu, jak ma ukarać tak okropne zbrodnie, a to z obawy, aby przy wyjaśnieniu onych nie wykryły się inne, jak to powyżéj powiedzieliśmy. Widzieliśmy nadto, jak gorąco natarły sądy na Papagodę, podczas kiedy jeszcze piastował urząd, i jak, po wyzuciu go z tegoż, udowodniono mu naraz tyle strasznych zbrodni, że nawet wcale nienamiętni Ministrowie za jedną tylko taką zbrodnię gotowi go byli ukarać śmiercią, teraz zaś nie mogą tego uczynić. Wielu z jego wspólników skazanych było na męki i różne kary, a co do najgłówniéjszego i najstraszniéjszego z przestępców, stoją w niepewności sędziowie, czy go ukarać lub nie? quale sit ministerium, cogitent sapientes! Druga przyczyna niezgody w sądach i zdaniach jest także jasna: testament był przesadzonym jak zbyt upragnionym; a Wawrzyniec Papagoda, dobrze znany jako najniegodziwszy zbrodniarz, najrozpustniéjszym był młodzieńcem, bez wiary, bez żadnéj zasługi względem swego Pana, był człowiekiem bez najmniéjszego doświadczenia w wojnie: a został nieostatnim Kasztelanem, bo na Barze, nazwany Markizem i uposażony posiadłościami z upoważnienia zapisów; mianowany potém Hetmanem w wojnie w Tarancie, a potém Vice-Królem i dowódzcą wojennym w dwóch prowincyach najważniéjszych w Królestwie. Któż nie wie, że w Neapolu, w Medyolanie i w innych państwach Króla Katolickiego jest wielu rzeczywistych wojowników, którzy służyli bronią swemu Panu, i zdobywali mu szturmem fortece,

i zwyciężali nieprzyjaciół, a dotąd utrzymują w całości koronę Królewską, nie byli zaś tak hojnie wynagradzani za tyle zasług, jak Papagoda za zrobienie testamentu.

Z naszéj strony, nikogo nie przesądzając, wierzymy tyle Ministrom, ile temu, co pisze ów Sekretarz: że Król Katolicki przyrzekł: „jakoby nikt więcéj nie miał widzieć tego pisma, tylko On i Rui Gomez“, teraz zaś było pokazaném na Radzie w Hiszpanii i obecnie w Neapolu. Daje się tedy tém ostrzeżenie, aby należć inną drogę i sposoby, jakiemi działać należy co do wydartego spadku; gdyż mądrze powiada Pan Kamil Brancazo: „że jeśli nie zrobi się kroków sądowych o wyexaminowanie świadków, którzy jeszcze żyją, to i ci poumierają jak tamci, że potem tok sprawy w sądach tak będzie udaremnionym, jak to mieć chcą Ministrowie Króla Katolickiego, aby usłużyć swemu Panu.

Pisze także Sekretarz, że zmarły ambasador, nagląc ciągle o odpowiedź Króla Katolickiego, najlepiéj prowadził swe interesa; że tym sposobem tylko dojść można do celu niewątpliwie, opierając wszystko na trzech fundamentalnych rzeczach. Pierwsza, że roszczenia dawne były unieważnione przez Cesarza Karola, w czasie zajęcia (sekwestru), po śmierci Księżnéj Izabelli (Królowéj Węgierskiéj). Druga, że co do nowych roszczeń, stawionych przez posła, stronnictwo Króla Filipa nie chce ich przyjąć, i że wstydzi się wspomnienia o testamencie. Trzecia, aby Ministrowie Króla Katolickiego mogli okazać przychylność naszemu Najjaśniejszemu Królowi, mówiąc: że chociaż nakazało się Salernitanowi uczynić relacyą, można teraz wystawić go jako podejrzanego i żądać, aby taż relacya przez Wice-Króla Generalnego była uczynioną.

Niepodobna nie okazać zadziwienia, iż w pierwszéj fundamentalnéj zasadzie mógł być tenże Sekretarz tak źle poinformowanym o tém, co zaszło, że o tych zasadach fundamentalnych mógł pisać do Panów Adwokatów wbrew przeciwnie temu, jak było. Wiedzą J. M. Panowie Adwokaci, a J. M. Pan Palmiero lepiéj aniżeli drudzy, że przez ów sekwestr

było uczynioném tylko utrzymanie possessyi strony nieobecnéj, tak samo, jak gdyby położono sekwestr z zastrzeżeniem praw trzeciego (salvis juribus tertii); jakie zaś były tego przyczyny, nigdy nie były okazane, ani znane, ani prawne. Jakże wielki błąd, pokładać na tém nadzieję! Wie J. M. P. Palmiero, który był Agentem w tym czasie Królowej Bony, że Zygmunt de Rossis, jako także niegdyś Agent, wiedział wszystko, a nie będąc opieszałym, wystąpił z temiż prawami przed Cesarzem Karolem, który łaskawie je przyjął, zaś u Królowéj z wielką obawą, gdyż oboje wiedzieli, że nie były pewne; o czém, ponieważ wszystkim wiadomo, nie ma co mówić.

Co do drugiéj fundamentalnéj zasady, należy zrobić uwagę, iż te dawne roszczenia, będąc nieokreślone i słabe, wymagały, jak wiadomo, okazania testamentu, po otrzymaniu którego, były i są bronione: nadto, że takiż dokument otrzymano z listu Papagody do Księcia Alby, za pośrednictwem pisarza testamentu, który uczynił to w sekrecie, tak jak było mu nakazane, aby zrobił bez wiedzy świadków testamentu: i wtedy okazało się jak niemałém było dziełem uwieść Cattapana, aby jego testament nie obalił pierwszego. Jest więc do zrobienia przestroga, że nie należy w to wierzyć, że Papagoda działa na naszą korzyść i odmawia sposobności do działań sądowych o grabież spadku, aby nie obalić testamentu: to zaś niezaprzeczoném, że po zwyciężeniu tych trudności co do testamentu, N. Król nasz odzyska z łatwością swe posiadłości i wszystkie dochody, które już doszły do wielkiéj summy; albo wynagrodzi sobie wszystko, albo większą część wydatków, jakie dotąd są poczynione.

Co do trzeciéj fundamentalnéj zasady, aby położyć ufność w Ministrach hiszpańskich; ostrzega się, aby im niedowierzać, z powodów powyżéj powiedzianych, ich własnego prywatnego interesu i stosowania się do woli swego Pana, który także, bacząc na swój interes, usiłował już wraz z ojcem mieć przez nich wszystko w swym ręku. Odpowiedź Króla Katolickiego będzie tylko czczą i niezależną od relacyi

Salernitana, na nic zaś się nie przyda podawać tegoż w podejrzenie naszemu Królowi, gdyż on będzie zawsze z ufnością ku swemu Królowi i własnemu Wice-Królowi Generalnemu. Jeżeli zaś będzie temu ostatniemu odpowiedź polecona, opierać się będzie na relacyi tegoż Salernitana i jego wspólników. Posiadamy wprawdzie jednego tylko powiernika w Hiszpanii, ale pełnego wierności; z którym należy porozumieć się i rzeczy ułożyć uważnie, z wszelkiemi do tego zaradczemi środkami, aby droga, którą się obierze, uznana została przez światłych mężów za najlepszą. Jeżeli nalegać będziemy o odpowiedź żądaną, w nadziei przytoczonych przyczyn przez Sekretarza; odpowiedź ta będzie taką, że nam zamknie usta na zawsze, z utratą państw i wydatków, czynionych według rozkazu Królewskiego, wydanego na piśmie ad hoc.

CCXI.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Hosio.

R. in Christo pater, sincere nobis dilecte. Recuperatam valetudinem gratulamur P. vestrae. Atque id quidem, ut non verbis solum, sed etiam re ipsa P. vestra cognoscat, mittimus illi litteras ad Agentem nostrum Neapolitanum, ut, visis illis, mille ducatos communes Neapolitanos P. vestrae nostro nomine numeret, ad sublevandas impensas et sumptus illius: quam sane non dubitamus restitutam pristinae valetudini, negotia nostra diligenter esse curaturam. Interea quae sit eorum curandorum ratio, arbitramur illi ex superioribus nostris litteris et intstructionibus ad eam missis, abunde constare; a quibus nolumus P. vestram ne latum quidem unguem discedere, quod nostra vehementer intersit, sic et non aliter negotium hoc nostrum administrari. Ex quo etiam factum

est, ut caeteros quidem Oratores, Internuntios, Agentes, Advocatos omnes nostros nihil ipsos in causa agere, sed ex unius P. vestrae arbitrio pendere, P. autem vestram ex unius nostro arbitrio jusserimus, ut ita videlicet facilius, quae vellemus, consequamur, et ut error, qui totis, ut mirari se P. vestra scribit, duodecim annis commissus est, aliquando tandem corrigatur. Caput est, ut vestra P. caute admodum et secreto in causa procedat, nec se facile a quopiam in hanc aut illam partem, nomine praesertim nostro, aperiat, ut hoc ejusmodi silentium P. vestrae nostro nomine susceptum et institutum, documento sit hominibus, nos, justa jam tandem indignatione permotos, causam ipsam pressius, quod quidem facimus, nobiscum considerare, et viam ac rationem quaerere incepisse, qua his malis remedium tamen aliquod opportunum possit inveniri. Itaque omnes, quicumque de negotiis nostris P. vestram adeunt, benigne excipiat, attente audiat, suo etiam nomine singulis, ad eam quidem rationem, quam superioribus et litteris et instructionibus nostris P. vestrae perscripsimus, respondeat. Furta, spolia, indignitates, contumelias nobis illatas, suo, non nostro nomine, omnibus exponat, sumptus factos commemoret, singularem patientiam nostram ob oculos proponat, et denique omnes omnium hominum sermones ac consilia ad nos copiose referat. Praesidium interea rebus nostris a nemine flagitet nostro nomine. Satis enim esse arbitramur hoc tempore, eos, quorum opera, gratia, auctoritate, paulo post fortasse uti decrevimus, tenere interim statum ac genus et conditionem causae nostrae, cognitos habere sumptus ac labores nostros, permoveri etiam sua sponte tot ac tantis indignitatibus nostris, suo nomine P. vestra quominus hoc aut illud agat, quod rebus nostris conducibile fore viderit: quominus etiam sive ipsum S. D. nostrum, sive alios quoscumque excitet oratione sua ad sublevandam causam nostram, non equidem impedimus: sed ea omnia, ut diximus, suo ipsius, non nostro nomine facere illam volumus; etiam ea, quorum nos a S. D. nostro indigere, die 9 Januarii ad P. ve-

stram perscripsimus. Illud fere prae caeteris P. vestram admonemus, commodissimum nobis tempus videri exponendarum earum indignitatum S. D. nostro, donec istud quicquid simultatis inter S. ejus et S. Hispaniarum Regem intercedit: cujus rei opportunitas si frustra P. vestrae elapsa fuerit, haud scimus an aliam aeque commodam habere deinceps posse videamur. Itaque volumus, ut ab ea opportunitate nullis P. vestra contra sentientium opinionibus abduci se patiatur. De compromittendo in S. D. nostrum, de quo videmus P. vestram istic a nonnullis tentari, verbum nullum usquam nostro nomine faciat, sicuti sane adhuc ab illa rectissime observatum esse videmus; sed si quis est eritve, qui de eo sensum aut nostrum, aut P. vestrae cupiat cognoscere, respondeat P. vestra, uti hactenus fecit, sibi prorsus in hoc genere voluntatem nostram ignotam esse: illud se perspectissimum habere, nos ea plane opinione de S. ipso domino Hispaniarum Rege esse, Serenitatem ejus sua sponte id, quod aequum est, facturam, et nos ad possessionem statuum nostrorum, de qua, indicta plane causa, per summam iniquitatem ejecti sumus, summa sua aequitate et voluntate, restituturam esse, uti et fratrem nostrum decet, et filium ac haeredem Caroli V Imperatoris, qui hos status S. quondam parentibus nostris jure feudi haereditarii liberalissime concessit. Quisquis autem erit, qui de eo compromisso sermonem cum P. vestra habuerit, et utrum suo an alterius cujuspiam nomine id egerit, faciat nos P. vestra plenissime certiores. Interim suo nomine de epistola S. D. nostri ad S. Dominum Hispaniarum Regem scripta curet, de qua epistola die 9 Januarii satis ad P. vestram scripsimus. Brancatium venturum istuc esse, ex ipsius et ex P. vestrae litteris intelligimus. Illud satis odorari non potuimus, suave sponte id consilium ceperit veniendi, an a P. vestra invitatus. De quo quidem volumus a P. vestra edoceri. De re ipsa ita P. vestrae praecipimus. Si illum non accersivit hactenus, ne accersat, si ipse venerit ultro, comiter advenientem ex-

cipiat, patientissime de rebus omnibus audiat, modeste etiam respondeat; sed sic, ut eum incertum prorsus ac ignarum consiliorum nostrorum dimittat: nostro nomine nihil illi praecipiat, suo, ad causam magis atque magis complectendam in genere adhortetur, et Neapolim illum, quam celerrime potest, ab se remittat. In universum autem illud meminerit, gravitatem istam silentii, quam suscipere et quam passim prae se ferre P. vestram, volumus magnum negotiis nostris momentum esse allaturam. Quod scribit P. vestra, ex litteris Secretarii Barzis, bona fundamenta in Hispaniis jacta fuisse causae nostrae per Barzem ipsum, etiam atque etiam considerandum est, et nervus ille sapientiae diligenter tenendus est, ne quid cuiquam temere credidisse videamur. Quamquam nos quidem, cum eadem haec ad nos scriberet Secretarius ipse, generalia quaedam jussimus homini responderi. Instructio Cromeri, non est, quod hoc tempore P. vestrae negotium facessat. Utatur ea quantum satis esse existimaverit, ad speciem ipsius facti comprehendendam: ab instructione nostra divelli se neque hac, neque ulla alia instructione patiatur. Exemplum Investiturae Caroli V Imperatoris, quod istic absconderi ac occultari scribit, casuve an de industria, nescimus, mittetur hinc propediem P. vestrae. Litteras ad Principes et Cardinales aliquot, jam ante misimus: deinceps etiam nulla re ejusmodi destitui P. vestram patiemur. Nam quod nostra mandandorum magistratuum ratione nonnihil offendi se scribit, existimet velimus, nos, qui reipublicae clavum tenemus, non minus quam naucleros ipsos, tempestati nonnunquam obsequi et cursum ipsum saepenumero, ut quimus, quando ut volumus non licet, flectere necesse habere. R. D. Cardinali Augustano immunitatem trecentorum exigendorum boum ex regno nostro concessimus, ejusque rei confectas litteras in manus P. vestrae mittimus. Facturi etiam deinceps nec gravate, si quid unquam P. ejus recte gratificari posse videbimur. Quod scribit P. vestra de monilibus a corpore Divae olim parentis nostrae ablatis, de eo haec nostra est sententia,

ut P. ipsa vestra scribat ad Archiepiscopum Barensem, collaudatoque modice officio hoc et diligentia ipsius in adservandis monilibus his, adhortetur diligenter, ut porro custodiat et asservet ad pleniorem usque deliberationem nostram. Fabii Dalmatae negotium, quod videtur tam P. vestram, quam R. D. Cardinalem Tridentinum perplexum habuisse, confectum jam esse audimus ex sententia. Bene valeat P. vestra.

Dat. Varsaviae 7 Februarii 1570.

CCXII.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Augustano [1]).

R. in Christo pater, amice noster charissime et honorande. Intelleximus ex R. D. Cardinali Varmiensi nostro, non ingratum fore P. vestrae, si illi immunitatem aliquoties centum boum ex regno nostro exigendorum concederemus. Quamobrem mittimus P. vestrae ejusmodi immunitatem in litteris nostris, ut ea, quando voluerit, uti possit. Si quid etiam est praeterea, in quo aut nunc, aut postea gratificari P. vestrae potcrimus, in eo nos semper cognoscet sui amantissimos,

---

[1]) Wzmiankowany często w niniejszych korrespondencyach Kardynał Otton Truchses, (zwany od biskupstwa Augustanus) zostawił mnóstwo ważnych korrespondencyj, pomiędzy któremi jest wiele listów do Stanisława Hozyusza, Jana Tarnowskiego, Marcina Kromera i do innych znakomitych polskich mężów. (Patrz: Julii Pogiani Sunensis epistolae et orationes. Romae 1750—1762).

sicuti nos quoque illam cognituros vicissim esse nobis [1]).....
amantissimam..... Bene valeat P. vestra.

Dat. Varsaviae 7 Februarii 1570.

CCXIII.

Sigismundus Augustus etc.

Brancatio.

Magnifice s. n. d. Negotia nostra feliciter, ut scribit S. tua, succedere, gratum est nobis ac jucundum, nec dubitamus, quin ad eam rem S. tua omnem suam operam libenter sit collatura. Caeterum, quando hoc tempore mors Oratoris nostri Hispaniensis ad attentiorem quandam eorum negotiorum curam nos excitavit, quam curam nondum satis explicare potuimus, nolumus sane in eo quicquam praecipitanter agere. S. tua certum ac persuasum habeat, nos quemadmodum hactenus fecimus, quoties opera et studio ejus opus habuerimus, libenter admodum ea usuros esse per omnem occasionem. Bene valeat S. tua. Dat. ut supra.

CCXIV.

Sigismundus Augustus etc.

Stanislao Kłodzinski.

Venerabilis d. n. d. Ut primum D. tuae litterae hae nostrae redditae fuerint, dabit operam Devotio tua, ut R. D. Cardinali Varmiensi vel ipsius procuratori det ac numeret no-

---

[2]) Rękopism w tém miejscu uszkodzony i nieczytelny.

stro nomine, sine mora, mille ducatos communes Neapolitanos. Quod nos quidem a D. tua in rationibus suscepturi sumus. Aliter ne fecerit pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae d. 7 Februarii 1570.

CCXV.

Sigismundus Augustus etc.

Principi Massae [1]).

Illustris princeps, amice noster charissime. Pergratum nobis accidit studium hoc erga nos Illustritatis vestrae, quod ex litteris ipsius intelleximus; et quidem hoc gratius, quo magis ab optimo et nullo antea nostro officio provocato Illustritatis vestrae animo est profectum. Si sibi Illustritas vestra quam prolixissime de nostra benevolentia persuaserit, non fallemus profecto opinionem illius. Nunc quidem in ea re, de qua apud nos partes suas pro Magnifico Dominico Spinola interponit, promptum hunc et propensum utriusque ad negotia nostra animum libenter amplectimur, voluntatem utriusque erga nos alii tempori reservamus, quandoquidem interea rebus iis nostris aliter prospexerimus multo etiam antequam litterae Illustritatis vestrae redditae nobis fuissent. Bene valeat Illustritas vestra. Dat.

---

[1]) Albericus I, z domu Cibo, Margrabia Carrary, został mianowany Księciem Massy przez Ces. Maxymiliana 1568 r.

CCXVI.

Sigismundus Augustus etc.

Dominico Spinola [1]).

Magnifice s. n. d. Studium S. tuae, quod nobis defert per litteras, animo gratissimo accepimus, nosque ipsos ad benevolentiam nostram S. tuae per omnem occasionem declarandam jam nunc excitavimus. Sed in quo quidem S. tua operam nobis suam obtulit, id jam aliter a nobis provisum fuit, cum litterae nobis ipsius redderentur. Quare exclusi hoc tempore occasione ejusmodi, aliam exspectabimus, in qua forte S. tuae optimam erga illam voluntatem nostram possimus declarare.

Dat. 7 Februarii 1570.

CCXVII.

Franciscus Krasinski, Viceeancellarius regni.

Cardiuali Augustano.

J. et R. in Christo pater et domine, domine colendissime. Obsequiorum meorum commendationem. Pro eo, uti sane et debeo et soleo J. P. vestram omni studio colere et observare, dedi operam, cum primum intelligerem ex litteris J. D. Cardinalis Varmiensis, non ingratum id fore J. P. ve-

---

[1]) Rodzina Spinolów mieszkała w drugiéj połowie XVI wieku w Genui i trudniła się bankierstwem. Sławny Ambroży Markiz Spinola, wódz armii hiszpańskiéj, był potomkiem téj rodziny.

strae, ut immunitas exigendorum ex regno Majestatis hujus aliquoties centum boum, pro usu coquinae J. P. vestrae, a R. Majestate ipsius concederetur J. P. vestrae, item ut plerisque aliis Germaniae principibus concedi solet. Qua in re profecto facile admodum Majestate illius sum usus.

Itaque litteras ipsas immunitatis ejusmodi ab J. D. Varmiensi Cardinali J. P. vestra accipiet. In posterum autem quicquid praestari a me poterit, sive in hoc, sive in alio quovis genere, quod J. P. vestrae gratum esse queat, omnia a me studiosissimi et sibi addictissimi hominis obsequia exspectabit, et mihi gratiam suam solitam quam diutissime conservabit.

Dat. Varsaviae ut supra.

CCXVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Clódinio.

Venerabilis d. n. d. Jako przedtém tak i teraz upominamy was, abyście o wszystkich sprawach naszych do X. Kardynała Warmińskiego referowali, a bez wolej jego nic w rzeczach naszych ani sami poczynali, ani komukolwiek drugiemu poczynać nie dopuszczali, instrukcyej żadnej nikomu nie dawali etc., gdyż nam na tém temi czasy wiele należy. Dając jednak i nam samym o wszystkiém pilnie wiadomość, co się tam kolwiek interea dziać będzie. Stempowskiego jeszcze tu nie masz, ale skoro będzie, nie omieszkamy od niego i liczby odebrać, i inszych rzeczy się dowiedzieć. Interim niechajby sami Adwokaci posłali nam dostatecznie wypisane factum ipsum około srebra, które Papagodzie przysądzono, i progres wszystek prawny w téj kauzie, i in quibus terminis teraz pendet,—wszystko to opisawszy wedle potrzeby. A mówcie im,

żeby się zadzierżeli, nie sollicytując finalem decisionem in ista causa, aż za rozkazaniem naszém. Mówcie też tymże Adwokatom, aby nam posłali rezolucyę swoję za te objekta ex parte Papacodae, które nam niedawno posłali około tego, jeśli ex officio debet procedi in causa expilatae haereditatis, czyli nie. I owszém, niechaj nam zawzdy dostatecznie o wszystkiém znać dawają, zkądbyśmy jedno sprawę gruntowną, a wedla potrzeby o rzeczach naszych, które się tam sprawują, mieć mogli. Co się tycze mniszek S. Clarae w Barze, napisaliśmy wam byli, żeby za widzeniem X. Kardynałowém zapłaciło się im, jeśliby im co winno było. Teraz obaczamy w tém jakąś varietatem, bo Adwokaci, pisząc do was 11 Novembris roku przeszłego, tak nam sprawę dają, iż te Mniszki miały assignamentum ducatorum 400, od nieboszki Królowéj, matki naszéj. A zasię in memoriali aliquot actionum, któreście wy nam posłali manu Settari, unius ex Advocatis scriptum, tedy się znajduje, iż assignamentum było tylko ducatorum 320. A tak rozkazujemy wam, żebyście tę rzecz dobrze rozebrali, dobrze jéj dojrzeli sami, nic spuszczając się na cudze oczy, i tak rozebrawszy i dojrzawszy wszystkiego, abyście dobrą sprawę dali X. Kardynałowi. A jeśliby była jaka varietas albo jakie dubium, abyście się z płacą nie kwapili, gdyż to nam już idzie nietylko o mniszki, ale o wiele inszych, którzyby, za taką konniwencyą naszą, trudności nam niepotrzebne zadawali, i na płacenie nie powinne nasby wyciągać chcieli. O czém na ten czas wam szerzéj znać damy, gdy te akcye oglądamy, któreście nam przez Stempowskiego posłali. Wy się też tam starajcie, abyście te 15,000 ducatos i insze długi dawne wyciągnęli. I insze wszystkie rzeczy miejcie na pilném baczeniu, dawając nam tu i Xiędzu Kardynałowi do Rzymu znać dostatecznie minutissima quaeque in rebus nostris. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae 7 Februarii A. D. 1570.

Między inszemi rzeczami pamiętajcie to, abyście snać, chcąc nam dobrze posłużyć, nie słali ani postas extraordina-

rias, ani osób żadnych, bądź do Rzymu, bądź gdzie indzie, kosztem naszym, ażbyście w téj mierze mieli expressum mandatum nostrum. In caeteris rebus geret D. tua utiliter negotia nostra.

CCXIX.

Sigismundus Augustus etc.

Universis et singulis teloneorum nostrorum in regno et dominiis nostris Praefectis, eorumque vices gerentibus et Notariis, in Cameris et locis quibuscumque constitutis, pontium et passuum ac aggerum custodibus, ad quos hae nostrae pervenerint litterae, sincere et fidelibus nobis dilectis, gratiam nostram regiam.

Sincere et fideles n. dilecti. Permisimus hoc tempore ex regia nostra gratia R. in Christo patri Domino Othoni Truchses, Cardinali Augustano etc., amico nostro charissimo, ut pro suo suorumque usu et commodo, trecentos boves, in regno et dominiis nostris, ubicumque emptos vel emendos, per ministros suos, extra fines regni nostri, libere et citra omnem vectigalium aut teloneorum solutionem educere, atque in Germaniam depellere possit. Quare mandamus Sinceritatibus et Fidelitatibus vestris, ut eos ipsos boves ministris ejusdem R. D. Cardinalis, praesentium exhibitoribus, libere et sine quovis impedimento ac teloni exactione, ex regno et dominiis nostris in Germaniam agere permittant, permittique a suis curent. Pro gratia nostra. Quod nos in rationibus exigendis sumus suscepturi. In cujus rei fidem, praesentes manu propria subscripsimus, et sigillo nostro communiri jussimus.

Dat. Varsaviae 7 Februarii 1570.

CCXX.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius regni.

Podoscio.

R. D. amice et frater observandissime. Jakom przedtém otuchę W. M. czynił, tak teraz re ipsa W. M. to pokazuję, iż na staraniu i przyczynie mojéj za W. M. u K. J. M. nic W. M. nie schodziło. Posyłam list na 300 złotych do Pana Podskarbiego, a posyłam go do rąk X. Grotkowskiego, żebyś W. M. tém rychléj pieniądze mieć mógł. Radbym był co więcéj W. M. zjednał, lecz na ten czas być więcéj nie mogło. Owa potém będziemy mieć lepsze szczęście, cui occasioni ego non deero. Bene valeat D. vestra R. Dat.

CCXXI.

Idem.

Cardinali Varmiensi.

J. et R. in Christo pater et domine, domine colendissime. Obsequiorum meorum commendationem. Quantum maxime potui, egi cum Regia Majestate, ut ratio sumptuum istorum J. P. vestrae a Majestate ejus haberetur. Facile enim per me ipsum intelligebam, quantos eam facere oporteret, non solum in hoc primo ingressu suo in urbem, sed etiam in tanta rerum istic omnium caritate. Quod ipsum auxit sane non minima ex parte splendor iste nominis regii, cujus mandata afferre J. P. vestram facile homines intelligebant. Ita-

que, ut dixi, egi quantum potui, ut earum rerum ratio haberetur. Verum tanta est hic quoque angustia pecuniae, ut mille amplius obtineri hoc tempore non potuerit. In quo sane meum studium J. P. vestrae non defuisse, cupio illi esse persuasissimum. Si quid deinceps aut hoc, aut alio in genere potero, in quo, quanti J. P. vestram faciam, possim demonstrare, nullum equidem diligentissimi hominis et J. P. vestrae addictissimi obsequium praetermittam. Quod distributionem magistratuum nostrorum attinet, nihil aliud dicam, quam, quod prudenter admodum addit J. P. vestra in suis litteris, ferri necesse esse, quod mutari non potest. Opto quidem certe et, quoad licet, etiam urgeo, ut hic error aliquanto corrigatur, qui magnarum postea calamitatum causa esse queat. Sed sic res sunt. Ego Deum quaeso, ut ratio ista velificationis in republica, quae, ut ajunt, tempestatis cujusdam ingruentis causa, nonnihil est temporibus nostris commutata, ad pristinam tandem suam conditionem redeat. De schismate inter Agentes istic regios, de quo ad me scribit J. P. vestra, jampridem curae est mihi, ut tolli possit. De quo ipso nunc etiam scribo ad utrosque. Sed si praesentem istic J. P. vestram non reverebuntur, haud video, quam efficaciorem machinam ad conciliandos eorum animos adhibeamus: quandoquidem parum mihi intelligere videntur, quantum id rebus ipsorum propriis detrimenti afferat. Cupio J. P. vestram optime valere, eique meum obsequium quam commendatissimum esse.

Dat. Varsaviae 7 Februarii 1570.

CCXXII.

Idem.

Cardinali Commendono.

J. et R. in Christo pater et domine, domine colendissime. Obsequiorum meorum commendationem. Etsi hoc tempore

quid ad J. P. vestram scriberem, non fere habebam, non potui tamen praetermittere, quin studium et obsequium meum J. P. véstrae per litteras hoc tempore deferrem: ut, si qua in re vellet, eo ad omnia quam prolixissime uteretur. Ostendam enim, nullam me occasionem praetermittere inserviendi J. P. vestrae. Interea illud sane non mediocriter gaudeo, sublatum esse, per Dei gratiam, opera mea, si quid erat praeterea reliquiarum illarum, quae nonnihil offensionis, ob res in Hispania secus gestas a Magnifico olim Castellano Premisliensi, creavisse in animo Majestatis hujus Regiae videbantur. De quo volui his meis litteris J. P. vestram facere certiorem. Cui obsequia mea cupio esse quam commendatissima. Dat.

CCXXIII.

Idem.

Clodinio.

R. D. amice charissime. Za ofiarowanie kolendy W. M. dziękuję. Będzieli co takiego, czegoby mi potém tam ztąd potrzeba, to wszystko za czasem dam znać W. M. Co się tycze Ticina, wiesz W. M., iż mi się to nigdy do obudwu was nie podobało, iż tak z sobą zachodzicie, jako i rzeczom K. J. M. non expedit, i własnym rzeczom W. M. Ale mam prawdę rzec, iżem w tém modestiorem znał X. Ticina niźli W. M., nie wiem czemu. Tak, iż mi się już zaprawdę daléj o tém myśleć nie chciało, lecz, iż mi W. M. piszesz około tego znowu, piszę jeszcze teraz [1]..... superabundanti X. Ticinowi, tak jako najlepiéj w téj mierze rozumiem. Nie wątpię, iż się on zachowa skromnie i uczciwie przeciw W. M. Aleć też W. M. upominam, abyś i W. M. deponeret te nietrafne o nim

---

[1]) Rękopism w tém miejscu uszkodzony.

opinie i pisania niepotrzebne, jakiem po te czasy widział, bo gdziebym jeszcze co takiego więcéj widzieć miał, nie chciałbym się już pewnie w to więcéj wdawać, a tę wodę próżno mierzyć. A potém coby ta rzecz W. M. za mniemanie u J. K. M. przynieść mogła, to W. M. sam z sobą uważyć możesz. Wszak już i teraz ze wstydem tego używam, iż i J. M. X. Kardynał Heilsberski nie może prae odiis istis vestris conquiescere, którego sama auctoritas tam praesentis, miałaby W. M. obudwu in officio continere. Co gdyby J. K. M. wiedzieć miał, iż tém J. M. X. Kardynała molestujecie, jakoż ja tu studiose to pokrywam, nie baczę, aby to miał J. K. M. wdzięcznie od W. M. obudwu przyjmować. A iż tak aperte W. M. w téj mierze pisze, gdyż to ab optimo animo meo pretium vestrum pochodzi, nie wątpię, iż to W. M. odemnie wdzięcznie przyjmiesz. Czém sobie zaprawdę W. M. więcéj consules niż komu innemu. O rzeczach K. J. M. z listu J. K. M. szerzéj wyrozumiesz W. M. Pisał też tu Puccin niedawno temi czasy, iż tam miał mieć jakieś assignamentum in Hostunio, jeszcze za X. Biskupa Poznańskiego od J. K. M., które mu snać zadzierżano a nie płacono. Referował się w téj mierze na X. Pozn., lecz X. Poznański powiada, iż miał quidem to assignamentum, lecz nie pomni przecz dane, albo jako wiele, ani też wie jeśli mu co zadzierżano, a K. J. M. chciałby to ante omnia wiedzieć. A tak napisz W. M. około tego, dowiedziawszy się gruntownie, a poślij W. M. sam tę sprawę w liście swoim. Bene valeat Dominatio vestra Reverenda.

Dat. Varsaviae 7 Februarii 1570.

CCXXIV.

Idem.

Ticinio.

R. D. amice charissime. Około rzeczy K. J. M. nie mogę W. M. nic innego pisać, jedno, iż jest wola J. K. M., aby się

nic nie poczynało, nie ruszało, nie sprawowało przez nikogo bez wiadomości J. M. X. Kardynała Warmińskiego. A tak, mając tam W. M. praesentem J. M., będziesz W. M. wiedział, jako się W. M. będziesz miał in negotiis R. Majestatis sprawować, tak iż mnie na tém miescu długo się zabawiać nie potrzeba. Co mi W. M. piszesz około pomocy mojéj w potrzebie J. M. X. Kardynała, tedym się o to z pilnością starał, abym J. M. posłużył, i otrzymałem wzdy ile mogło być in ista quoque nostra pecuniarum difficultate. Aleby też z drugiéj strony dobrze, abyście W. M. z X. Kłodzińskim istis vestris simultatibus nie zadawali nie potrzebnéj molestyej Xiędzu Kardynałowi, który to jaśnie pokazuje, iż go te wasze niesnaski między sobą nie pomału obchodzą, które iż to jaśnie widzę, że i existimationi utriusque vestrorum, i rzeczom waszym u K. J. M. vehementer officiunt, radbym zaprawdę, abyście ich W. M. zaniechali, ażebyście się spólnie miłowali. O czém jeszcze i teraz piszę do X. Kłodzińskiego, dając mu znać, iż gdzieby się jeszcze na to ostatnie napomnienie moje obaczyć nie chciał, nie będę się już więcéj w tę rzecz wdawał. A zatém coby mu to u K. J. M. za mniemania przyniosło, to illi considerandum relinquo. Toć i W. M. z drugiéj strony teraz przypominam, żądając W. M., abyś, quantum maxime potes, istis odiis finem imponas, a z nim w zgodzie mieszkał, jakoż o W. M. nie wątpię. Alioqui musiałbyś W. M. sobie sam przyczytać, jeśliby tu więc staranie moje za W. M. u J. K. M. skutku dobrego brać nie mogło. Bene valeat D. vestra.

Dat. Varsaviae 7 Februarii 1570.

CCXXV.

Sigismundus Augustus etc.

Significamus tenore praesentium, quorum interest, universis, numerata et in thesaurum nostrum realiter importata

esse florenorum in moneta septem millia et centum, singulis florenis per triginta grossos computatis, idque ratione ducatorum communium Neapolitanorum sex millium, singulis ducatis per grossos in moneta triginta quinque cum medio aestimatis, a nobilibus Soderinis mercatoribus et servitoribus nostris, per manus nobilis Sebastiani Montelupi, Praefecti postae nostrae. Quam pecuniam nobis debebant nobiles..... Riccio et..... Corsini, mercatores Neapolitani, ratione cambii facti Neapoli cum Agentibus nostris, die nona mensis Septembris, anni proxime praeteriti sexagesimi noni. De qua summa cum nobis satisfactum sit, praedictos Soderinos mercatores et servitores nostros praesentibus litteris quietamus, quas manu nostra subscripsimus et sigillo regni nostri communiri jussimus. Dat.

CCXXVI.

Sigismundus Augustus etc.

Magistratui civili Cracoviensi.

Spectabilibus et famatis Proconsuli et Consulibus, nec non Advocato et Scabinis civitatis nostrae Cracoviensis f. d. gratiam nostram.

Spectabiles et famati, fidèles nobis dilecti. Queritur nobilis Mathias Kuncicki, Notarius Zuparum nostrarum Veliciensium, debitores suos famatos Joannem Crupka et Jacobum Gastgeb, cives Cracovienses, ita latitare, ut eorum copiam habere et personaliter eos ad judicium citare non possit. Deberi autem sibi ab iis taleros 200. Quamobrem nos, suum unicuique reddi volentes, mandamus F. vestris, ut, si constiterit, personaliter eos citari et ad judicium vocari non posse, citationem litteralem domui eorum affixam pro personali valere faciatis in judicio vestro et, exauditis partium propositio-

nibus et responsis, id, quod juris fuerit, in causa decernatis, non obstantibus litteris moratoriis ante vel post datam praesentium emanatis, quas adversus nobilitatem regni nostri nullum robur habere, F. vestrae perspectum habent. Secus pro gratia nostra et sub poena quadringentorum talerorum medietatem nobis, et aliam medietatem parti instiganti solvenda, F. vestrae ne faciant. Dat.

CCXXVII.

Sigismundus Augustus etc.

Summo Pontifici.

Beatissime pater etc. Allatae sunt nuper ad me litterae tam Abbatis, quam fratrum conventus totius Landensis, qui in regno meo ordinem Cisterciensem profitetur; ex quibus litteris intellexi, Abbatem ipsum, in extrema propemodum senectute constitutum, designasse sibi in Coadjutorem, universo conventu volente et consentiente, religiosum Mathaeum Borzewski, ejusdem ordinis et professionis juvenem, observatis omnibus adamussim, quae in ejusmodi electionibus Tridentinum concilium voluit observari. Quamobrem supplicatum est mihi, ut ejusmodi electionem et designationem pro parte mea ratam habere, et hunc Mathaeum Borzewski ad Coadjutoriatum Abbatiae Landensis S. vestrae praesentare vellem. Nunc igitur, cum religiosum hunc a plerisque Consiliariis meis ex ordine ecclesiastico habeam magnopere commendatum a S. vestra, majorem in modum peto et quaeso, ut et supplicationi ipsius, et intercessioni huic meae tantum S. vestra tribuat, ut ipse et nunc jam pro Coadjutore Abbatiae Landensis se gerere et, morte Abbatis subsecuta, Abbatiae ipsius jure plenissimo compos esse queat. Interim sanctissi-

mos pedes S. vestrae cum veneratione exosculatus, me regnumque ac dominia mea omnia ipsius protectioni diligenter commendo. Dat.

CCXXVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Stanislao Klodzinski, Neapoli Agenti.

Curam et administrationem postae nostrae Italicae commisimus anno superiore Nobili Sebastiano Montelupi, servitori et mercatori nostro, a die 1 Augusti proxime praeteriti, usque ad decursum quinque annorum immediate sequentium. Ad sumptum autem ejus officii sustinendum assignavimus ipsi annis singulis taleros mille et trecentos. Quamobrem mandamus D. tuae, omnino habere volentes, ut praedictos taleros mille et trecentos, computatos singulos per grossos triginta tres, solvat et numeret D. tua dicto Sebastiano Montelupi, vel ipsius plenipotenti, annis singulis usque ad expirationem dicti quinquennii pro die prima mensis Augusti, incipiendo ejusmodi solutionem pro die prima mensis Augusti anni praesentis 1570 usque ad diem primam mensis Augusti anni 1574 inclusive. In quo sane nolumus, ut D. tua moram aut difficultatem ullam interponat. Nos enim eam summam semper in rationibus exigendis a D. tua suscepturi sumus, visa quietatione Sebastiani ipsius. Aliter ne fecerit pro gratia nostra.

Dat. 15 Februarii.

CCXXIX.

Sigismundus Augustus etc.

Electo Hungariae.

S. princeps domine, Nepos noster charissime. Cum postulasset a nobis Serenitas vestra, ut toties coeptum, nec unquam ad tolerabiles aliquas conditiones adductum pacificationis negotium inter Caesaream Majestatem, fratrem et consanguineum ac Serenitatem vestram, Nepotem nostrum charissimum, nunc etiam resumeremus, et ante omnia, ut de litteris salvi conductus, pro Nuntiis Serenitatis vestrae ad Majestatem ipsius mittendis, apud eandem Majestatem instaremus: etsi in ea re easdem illas difficultates verebamur, atque adeo etiamnunc vereamur, in quas superioribus temporibus, tractando ejusmodi negotio, incidisse nos memoria tenemus: tamen pro nostro perpetuo tum erga rempublicam christianam studio, tum erga Serenitatem vestram et afflictum istud Hungariae regnum amore et propensione singulari, praetermittendum nobis esse non existimavimus, quominus in eo, desiderio Serenitatis vestrae nunc etiam satisfactum esse videatur. Itaque, perscriptis diligenter ad Caesaream Majestatem litteris nostris, et multo diligentius data instructione nostra Venerabili Oratori nostro, qui est in aula Majestatis ipsius Caesareae, obtinuimus, ut Majestas illius Caesarea et litteras salvi conductus ad nos miserit, et se ab honesta pacificatione cum Serenitate vestra non esse alienam, pro bono totius Christianitatis et inprimis regni illius Hungariae, nobis demonstrarit. Nunc litteras ipsas salvi conductus ad Serenitatem vestram mittimus, eamque pro nostra in ejusmodi rebus consuetudine perpetua etiam atque etiam hortamur, ut serio tandem in hanc ejusmodi cogitationem incumbat, ut, quod

jam totics tentandum sibi esse existimavit, id aliquando ad optatum et toti reipublicae christianae salutarem exitum deducatur. Nos quod attinet, si quid erit, in quo opera consiliumve nostrum usui esse Serenitati vestrae poterit, uti nunquam antea in ejusmodi negotio rebus ac rationibus tam Serenitatis ipsius vestrae, quam ditionum ipsius defuimus, ita nunc quoque defuturi non sumus. Jamque adeo Venerabili Oratori nostro in aula Caesareae Majestatis mandavimus, ut se nostro nomine ad omnia accommodet, quaecumque illi ab Oratoribus Serenitatis vestrae aequa et honesta ad conficiendam ejusmodi pacem proponentur. Bene valere Serenitatem vestram cupimus.

Dat. Varsaviae die 16 mensis Februarii A. D. 1570. Regni 41.

CCXXX.

Sigismundus Augustus etc.

Eidem.

S. princeps domine, Nepos noster charissime. Cum nobis ante diem fere tertium redditae essent litterae salvi conductus Caesareae Majestatis, mittendis Oratoribus Serenitatis vestrae ad ineundam pacificationem cum Majestate ejus comparatae, pro quibus diligenter apud Majestatem ipsius tum per litteras, tum per Oratorem nostrum, nomine Serenitatis vestrae institimus, jusseramus statim cubicularium nostrum ad iter se accingere, easque salvi conductus litteras ad Serenitatem vestram deferre cum litteris nostris. Quod consilium nostrum ne nunc quidem nobis immutandum esse existimavimus, itaque et salvum conductum hunc, et litteras nostras priores a cubiculario ipso nostro Serenitas vestra accipiet. Verum quoniam

interea, dum nos cubicularium ipsum nostrum ad Serenitatem vestram ablegamus, intervenit cubicularius ipsius cum litteris ad nos de iisdem rebus diligenter scriptis, idcirco ad eas ipsas litteras per eum cubicularium, qui eas nobis reddidit, Serenitati vestrae ita respondemus. Non sine summo dolore nostro per haec et superiora tempora accidebat, ut pacificatio Serenitatis vestrae, atque adeo Serenissimorum quondam parentum Serenitatis vestrae cum Caesarea Majestate vel tentata, vel jam etiam bona ex parte constituta, semper in nihilum recideret. Nam tum et regiones illae, quarum magna pars ditione Serenitatis vestrae continetur, et quibus potissimum requies aliqua a continuis belli, seditionum, proditionum incommodis, ejusmodi pacificatione quaerebatur, pacificatione ipsa interrupta, novis quotidie bellorum ac proditionum incommodis involvebantur: et nos, qui pacificationis ejusmodi vel auctores, vel certe adjutores fueramus, non solum magnis illis conatibus nostris laterem, quod ajunt, lavabamus, sed etiam in magnas et nomini ac existimationi nostrae adversas suspiciones utrinque incurrebamus. Quae res quamquam semper animo nostro accidebat peracerba, tanti tamen apud nos fuit officium nostrum, tanti salus, terque quaterque, ut ipsa Serenitas vestra ad nos verissime scribit, afflicti istius regni Hungariae, tanti conjunctio et necessitudo, quae nobis cum genitoribus Serenitatis vestrae cumque ipsa adeo Serenitate vestra, arcta intercedit, ut omnia nobis, prae tranquillitate tum regni istius christiani et nobis vicini, tum Serenitatis ipsius vestrae, Nepotis nostri charissimi, posthabenda esse putaremus, nec unquam Serenitati vestrae, sive in re tam sancta et salutari, sive aliis etiam in rebus omnibus ad dignitatem, salutem, tranquillitatem, existimationem Serenitatis vestrae pertinentibus, deessemus; idque sane constantissimo semper animo faceremus, etiam tum, cum a Serenitate vestra ne ad litteras quidem nostras de maximis rebus ad illam ante annos aliquot scriptas nobis responderetur. Annus tantum, qui proxime superiorem praecessit,

nonnihil nos necessario immutarat, cum videremus iterum atque iterum amica et utriusque nostrum existimatione digna consilia nostra aliter istic excipi quam cuperemus. Quae tamen ipsa res quem fructum, aut quam voluptatem Serenitati vestrae attulerit, nos quidem adhuc non videmus. Nunc quoniam genus litterarum Serenitatis vestrae, quas ad nos misit hoc tempore, ejusmodi est, ut veterem ipsius erga nos amorem et pietatem prae se ferat, quam nos vere ex animo proficisci minime dubitamus, idcirco omnium interea aliarum rerum commemoratione praetermissa, illud Serenitati vestrae persuasum esse cupimus, nos in hac pacificatione cum Caesarea Majestate, quam Serenitas vestra, opera et auctoritate nostra interveniente, inire tandem serio constituit, nulla in parte officio nostro regis christiani et mutuae necessitudini, quae nobis cum Serenitate vestra intercedit, esse defuturos. Nec dubitamus sane, si modo Majestas Caesarea ardens Serenitatis vestrae ad communem pacem studium esse perspexerit, aequam se esse praebituram, nec ullam in se Christiani Imperatoris partem desiderari esse permissuram. Quod attinet postulatum Serenitatis vestrae de praecipuo aliquo ex consiliariis nostris ad eam tractationem designando, nos quidem, si rem ita, uti vellemus, procedere, et ad pacem inclinare intellexerimus, mittendo in gratiam Serenitatis vestrae ejusmodi consiliario nostro in mora non erimus. Nunc profecto ad jacienda causae isti bona fundamenta, si Deus Opt. Max. animos Majestatis et Serenitatis vestrarum ad pacem inflexerit, satis idoneum esse cum Oratorem nostrum intelligimus, cujus assidua et ordinaria opera utimur in aula Caesareae Majestatis: qui et salvum conductum hunc, quem Serenitati vestrae mittimus, obtinuit, et mandata a nobis ad hanc causam accepit, ut nomine nostro praesto esset Oratoribus Serenitatis vestrae. Illud praetermittere non possumus, quandoquidem Caesarea Majestas diligenter admodum nos admonuit, ne ulla ratione ad ejusmodi tractationem ii, qui a Majestate illius annis proximis istuc desciverunt, adhiberentur, ut

Serenitas vestra in hoc genere ad voluntatem se Majestatis illius accommodet, ac eorum hominum, quos ipsae etiam salvi conductus litterae ab ejusmodi tractatione aperte removent, operam aliis potius temporibus et aliis negotiis conservet. De causa Barensi, cujus per haec tempora successum Serenitas vestra per litteras suas excusat, et se porro eam ex animi nostri sententia finituram promittit, etsi maluissemus id consilium aliquanto ante a Serenitate vestra susceptum fuisse, tamen facturi nunc etiam sumus non gravate, pro nostra perpetua erga Serenitatem vestram benevolentia, ut, quod Serenitas vestra postulat, Oratorem nostrum, constituendae tandem ejus rei gratia, ad Serenitatem vestram primo quoque tempore mittamus, quem ad nos infectis rebus Serenitatem vestram remissuram non esse, nobis persuademus. Bene valere Serenitatem vestram cupimus.

Dat. Varsaviae die 19 Februarii A. D. 1570.

CCXXXI.

Sigismundus Augustus etc.

Electo Hungariae.

S. princeps domine, Nepos noster charissime. Gdyż to W. K. M. już sam znasz, iż ten pokój i ugoda z Cesarzem J. M. będzie dali Bóg W. K. M. ku pożytku, tedy acz przedtém sparzywszy się nie jeden raz tym ukropem, moglibyśmy już snać i na prostą wodę teraz dmuchać, jednak z miłości naszéj, którąśmy zawzdy W. K. M. w téj i w każdéj mierze pokazowali, nietylko za złe W. K. M. nie mamy, ale i wdzięcznie, jako się godzi, przyjmujemy, iżeś to W. K. M. przedsięwziąść raczył, co z obudwu listów W. K. M. rozumiemy. Mamy dali Bóg w Panie Bodze nadzieję, iż gdzie się za to W. K. M. tak jakoż nie wątpimy statecznie imiesz, a na do-

brych radach przestawać chcieć będziesz, będzie mogła mieć za łaską miłego Boga ta rzecz taki koniec, iż i państwa W. K. M. z tych niewczasów dawnych i wielkich tandem wytchną, i tak nam jako i W. K. M. nie będzie potrzeba więcéj już téj rzeczy pokuszać, która rzecz, możesz W. K. M. temu bezpiecznie wierzyć, iż się już nie mniéj, a bodaj nie więcéj nam samym niźli W. K. M. naprzykrzyła, tak iżbyśmy i my zaprawdę sobie tego nie życzyli, abyśmy się w to daléj wkładać mieli, jeśliby już, czego Boże uchowaj, teraz dojść nie miało. Pomnisz W. K. M. dobrze, jakie prace i starania nasze zawzdy w téj mierze były. Lecz cośmy za to od téj i od owéj strony odnosili, to W. M. dobrze wiedzieć raczysz. Nakoniec aż do tego przychodziło, żeśmy tak mało kredytu u W. K. M. mieli, iż i na listy nasze o rzeczach wielkich a ważnych, nad które większe i ważniejsze być nie mogą, nic nam nie odpisowano. Cośmy my jednak naonczas dla dobrego Rzeczypospolitéj, bacząc nie baczyli, a do wszystkiego przedsię W. K. M. wedla możności naszéj pomagali, aż więc przed rokiem albo mało nie przed dwiema, gdyśmy baczyli, iż rada nasza zdrowa i życzliwa, zgoła miejsca u W. M. raz, i drugi, i trzeci mieć nie mogła, za niewolą musieliśmy się byli powściągnąć od zwyczaju naszego około pisania i innych uczynności naszych przeciwko W. K. M. Teraz iż zaś W. K. M. na stary gościniec następujesz, a nam listem swym powinną chęć swoję pokazujesz, tedy co się tycze téj ugody z Cesarzem J. M., bądź W. K. M. téj pewnéj nadzieje, iż na nas W. K. M. nic schodzić nie będzie, jedno W. K. M. tak tę rzecz już przedsięweźmij, aby się nic na stronę nie opuszczało, coby jedno do dobrego końca w téj mierze należało. Jesteśmy téj pewnéj nadzieje, iż ze strony Cesarza J. M., gdzie jedno po W. M. uprzejmą do téj ugody chuć znać będzie, o równą się rzecz nie rozejdze. Do czego i my radzi się przyczynimy i o to starać się będziemy, ile nam będzie najwięcéj przystało, aby ta rzecz ku skutkowi swemu już tandem przywiedziona była. Pana jakiego radnego, tak

jako nas W. M. żądać raczysz, posłać nie omieszkamy, byśmy jedno pierwéj obaczyli, jako rzeczy z przodku pójdą, które na ten czas ten, który jest obecnym posłem naszym na dworze Cesarza J. M., dobrze odprawować moc będzie. A my do konkluzyej, albo przed konkluzyą jeszcze, posła inszego z rad naszych posłać nie omieszkamy. Co nam tém snadniéj naonczas uczynić przyjdzie, iż tam na sejmie, który nam pod tenże czas tu w Warszawie przypada, wszystkie rady nasze przy sobie mieć będziemy. Co się tycze rzeczy Barskich, które między nami tak zaszły, jako W. M. wiedzieć raczysz, te acz W. K. M. listem swym rozmaitemi przyczynami omawiasz, wszakoż my tak rozumiemy, iż W. K. M. przystojniéj było w téj mierze brać przed się honestum niż utile, i raczéj przestawać z temi, którzy W. M. miłością, chucią, życzliwością, domem, krwią sięgają, niż z onemi, którzy babkę W. K. M., matkę naszą świata zbawili i między nas taką kość włożyć chcieli, jakiéj się raczéj W. M. z nami gryźć nie godziło. Lecz my już to wszystko Panu Bogu poruczamy; a iż widzimy, że się W. K. M. i w téj mierze obaczasz, a z nami tak, jako przystoi, obejść się chcesz, tedy, aczbyśmy byli woleli, żebyś się nam był W. M. dawniéj na ten kształt deklarował, i acz rzeczy nasze za łaską Bożą tak na ten czas idą, iż sobie w téj mierze tak wiele jako W. K. M. dobrze tuszyć możemy, jednak, akkomodując się żądliwości W. K. M., poślemy w rychle do W. K. M. tego, z którymbyś to wszystko W. K. M. postanowił wedla ofiarowania tego, któreś W. K. M. do nas swą ręką pisać raczył. Z tém W. K. M. wszystkiego dobrego na długie czasy życzymy.

Dat. Varsaviae 19 Februarii 1570. Regni 41.

CCXXXII.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius regni.

Eidem.

Sacra Regia Majestas domine, domine clementissime. Obsequia mea in gratiam S. Majestatis vestrae diligenter commendo. Cubiculario S. Majestatis vestrae, pro mea solita erga S. Majestatem vestram observantia, non defui in iis negotiis, de quibus a Majestate vestra ad S. Regem meum missus fuit. Perfecique, ut non modo cito, sed etiam rebus ex sententia Majestatis vestrae confectis ad ipsam remitteretur. Quod autem studium meum tam in hac re, quam aliis in rebus omnibus Majestas vestra Regia erga se perspexit, in eo libentissime semper perseverabo et, quod maxime potero, dabo operam, ut dignitati Majestatis vestrae Regiae, omnibus meis obsequiis satisfactum esse videatur. Quod quidem meum institutum hoc facilius et, ut arbitror, etiam multo felicius procedet, si hanc benevolentiam S. R. Majestatis, domini mei clementissimi, in qua hoc tempore Majestatem illius erga M. vestram, deletis ex animo nonnullis superioribus suspicionibus, esse perspicio, perpetuo sibi S. Majestas vestra, quemadmodum et confido et opto, conservarit. A qua sane illud cum omni debita reverentia peto et quaeso, ut hanc meam ejusmodi libertatem scribendi in optimam partem accipiat, et a singulari mea erga se observantia et studio proficisci interpretetur. Commendo iterum obsequia mea S. R. Majestati vestrae, quam diu esse cupio sospitem ac incolumem.

Dat. Varsaviae 19 Februarii 1570.

CCXXXIII.

Sigismundus Augustus etc.

Caesareae Majestati.

Serenissimo et Excellentissimo etc.

Accepimus litteras M. vestrae admodum fraterne et peramanter ad nos scriptas de rebus, quae ad S. Nepotem nostrum pertinent: cum quibus ipsas etiam salvi conductus litteras pro Oratoribus Serenitatis ipsius ad Majestatem vestram mittendis accepimus. Quo nomine magnas Majestati vestrae habemus gratias, Deum etiam quaesumus, ut negotium hoc aliquoties inceptum, nunquam ad desideratum finem adductum, talem exitum hoc jam tempore nanciscatur, qui orbi christiano jucundus, regionibus illis, de quibus controversia est, salutaris, ipsi etiam Majestati vestrae et S. Nepoti nostro ad mentis et fortunarum suarum tranquillitatem accommodatus exsistat. Equidem quod nos attinet, si semper antea summa fide et magna diligentia negotium hoc tractavimus, quemadmodum Majestas vestra amantissimis suis litteris testimonium nobis ejus rei tribuere non dubitat, nunc sane, ne quid in nobis ejusmodi desideretur, omni, quo maxime poterimus studio, contendemus, ut posteriora prioribus non solum respondeant, sed etiam majora et ampliora appareant. Sicuti profecto ne nunc quidem officio nostro apud S. Nepotem nostrum defuimus, atque etiam hoc magis non defuimus, quod sub idem hoc tempus, quo nos ad Serenitatem ipsius salvum conductum Majestatis vestrae missuri essemus, Serenitatis ipsius litteras accepissemus, ex quibus negotium hoc Serenitati ejus curae esse intelleximus. Admonuimus etiam Serenitatem ejus, ut in tractatione ejus negotii, aliorum quorumvis, quam eorum, qui a Majestate vestra desciverunt, opera Serenitas ejus uteretur. Non dubitamus Serenitatem ipsius ali-

quem admonitionibus nostris locum daturam esse. Speramus etiam per Dei gratiam, si Majestas vestra, quemadmodum nobis sane de illa prolixissime pollicemur, aequam se et benignam praebere voluerit, conclusum tandem in hoc arduo et difficili negotio ac constitutum iri, pro bono totius Christianitatis. In quo Majestati vestrae studium et operam nostram in commune offerimus. Optime valere Majestatem vestram cupimus: cujus nos fraterno amori etiam atque etiam commendamus.

Dat. Varsaviae 20 Februarii A. D. 1570.

CCXXXIV.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Hosio.

R. in Christo pater s. n. d. Ex litteris P. vestrae 14 Januarii ad nos datis intelleximus, quae P. vestra in causa nostra cum S. D. nostro egerit: in quibus sane acquiescimus. Nam quod omnia nostro, nihil suo nomine cum S. ejus egisse videtur, id nec multum interest, quandoquidem jam factum est, et deinceps non dubitamus a P. vestra ad eam rationem correctum iri, quam ex litteris et instructionibus nostris per haec tempora ad P. vestram datis P. vestra cognoscet. A qua sane Instructione nostra ne latum quidem unguem, quod dicitur, P. vestra discesserit, et ante omnia illud meminerit, silentii, quod deinceps P. vestram in hoc negotio ubique prae se ferre volumus, magnum esse momentum, magnum etiam, ut arbitramur, fore praemium, si cum solita P. vestrae prudentia et gravitate administratum fuerit. Multa vel potius omnia P. vestra audiat, ipsa de nostris consiliis parce admodum et pauca, de indignitatibus multa et copiose, et summa

cum animi confidentia, sed suo tantum nomine loquatur, nostrum nomen nusquam admisceat, nisi ex praescripto litterarum et instructionum nostrarum. Cujus rei gratia omnibus de rebus copiosissime ipsi quoque a P. vestra instrui ac edoceri volumus. Quod ad responsionem S. D. nostri attinet, agnoscimus in ea et prudentiam, et gratiam, ac benevolentiam erga nos paternam S. ejus, in quibus hoc tempore acquiescimus. Verum quoniam universa ratio ejus responsi in eo sita est, ut S. ipsius ante omnia successum legationis nostrae Hispaniensis scire ac intelligere possit, illud P. vestra S. illius faciet certiorem, quicquid tandem sit, quod ab aliis in hoc genere ad P. vestram adferatur, nihil prorsus hactenus factum esse, ex quo plus spei sit quam timoris. Jus dici in tam manifesta aequitate nostra, non magis verbis promissum, quam re negatum est, quod si forte etiam non negetur, executio tamen ipsa rei judicatae, hoc opus hic labor fuerit, impeditis ac involutis rebus omnibus circulo illo Hispanico notissimo, ut mandetur quidem in speciem de causa cognosci, causam etiam judicari, sed in puncto ipso executionis rem integram ad se referri, et sic deinceps in infinitum. Quid enim speres aliud in tanta judicum et magistratuum omnium corruptione, in tam aperta etiam nonnullorum aviditate retinendi ejus, quod semel prehenderunt, et in tanto metu reliquorum, qui sunt eis obnoxii, vel minimum hiscendi contra? ita, ut nisi aliqua tandem via ampla et spatiosa veritas ipsa et aequitas causae nostrae ad eorum, qui in Hispaniis cum summa potestate sunt, aures perferatur, actum sit. De quo ut antea quoque ad P. vestram scripsimus, apud S. D. nostrum P. vestra suo nomine procurabit, ut S. ejus quasi sua sponte, et animo quam fieri poterit mitissimo ac placidissimo de eo negotio ad S. Hispaniarum Regem perscribat, et maxime omnium, spoliatos causa indicta, in possessionem, via et animo regio restitui postulet. Quae res cum ipsis etiam praedonibus concedatur, ut in possessione ad cognitionem usque causae conserventur, hoc nobis magis concedenda est, qui nisi intra unius, vel cer-

te dimidii anni spatium de justo nostro titulo et legitima possessione docuerimus, quin causa cadamus non recusamus. Quod quidem P. vestra S. D. nostro offerre poterit. Non dubitare nos, si S. Hispaniarum Rex de re ipsa plenius aliquanto a S. ejus certior factus fuerit, Serenitatem ejus nos ad eos status, qui jure optimo nostri sunt, restituturam et supplicia de ministris suis sceleratis sumpturam tandem esse, summa sua voluntate adductum, et paterna ac quantum maxime fieri poterit amica ac levi S. ipsius hortatione incitatum, pro tranquillitate publica et pro mutua, quae nobis cum Serenitate ejus intercedit, conjunctione ac necessitudine nostra. Atque haec quidem fere de negotio ipso principali. Quod attinet negotium expilatae haereditatis, de eo quidem impetratas fuisse per P. vestram S. D. nostri litteras ad Viceregem Neapolitanum, pergratum est nobis. Sed is vix quicquam faciet rege inconsulto. Aut etiam, ut aliquid modo fecisse videatur, eandem illam cantilenam de non notorio Papacodae crimine recitabit. Quamquam quid magis notorium esse potest hoc isto crimine? Parietes medius fidius ipsi loqui si possent, crimen hoc verificarentur. Sed quid parietibus opus est? Homines passim loquuntur, si quis mittat, qui exaudiat. Sed ne hoc quidem opus est. Est enim in medio processus quidam, quem statim a morte S. quondam matris nostrae Generalis regni illius Neapolitani Thesaurarius fieri ex officio curavit, cum de furtis ac latrociniis ejusmodi in regno illo per Papacodam perpetratis publicae voces jactarentur. Ex hoc processu facile temeritas eorum redarguetur, qui crimen Papacodae minime notorium esse, nec in eo ex officio procedi posse dictitant. Quo de processu ex Ticinio P. vestra cognoscet, et ad nos ipsos exemplum illius quamprimum mittet. Quid autem magis notorium esse potest quam Papacodam ipsum in testamento, quod re vera ipse scripsit, nomine solo S. matri nostrae attribuit, sibi ipsi, quae vellet, legasse, et ex iis legatis tercentum amplius millibus ditiorem factum esse? ipsum sibi eadem legata solvisse? possessionem Bari et reliquorum sta-

tuum nostrorum, nomine S. Regis Catholici, ante etiam quam Serenitas illius de morte matris nostrae scire potuisset, prehendisse? non requisita, uti oportuit, atque adeo ne exspectata quidem opera nostra, qui sumus etiam in illo conficto testamento haeres institutus, de cujus manu legata quisque sua capere debuerunt? Quae quidem omnia ita erant notoria, ut Papacoda ipse, tum cum ea perpetraret, veritus famam publicam, custodes apposuerit, qui Bari per singulas privatorum domos tertio fere quoque die perscrutarentur, et diligenter observarent, si quis forte foras extra oppidum egrederetur. Quid est, si hoc notorium non est? quod sane ita notorium est, ut non tantum olim, sed etiam nunc notorium permaneat et persistat. Sed nimirum iniquitate judicii Neapolitani opprimimur et, quod privatissimis hominibus in multo levioribus rebus conceditur, eo non admittimur. Quod quidem P. vestra suo nomine, omni qua potest contentione conqueratur, et urgendo ante omnia possessorio ita insistat, ut se ad petitorium abduci, nullis antiquarum investiturarum, nullis novorum confictorum testamentorum disputationibus, nullis aliis quibusvis rebus aut rationibus patiatur. Brancatium Romae cum P. vestra esse velle intelligimus. Quis auctor quaesumus veniendi? Itaque scripsimus antea P. vestrae, ut cum homine cautissime procedat, sententiam ejus audiat, suam et nostram studiose dissimulet, nostro nomine nihil homini committat, et bonis verbis oneratum quam citissime Neapolim remitat. Antequam autem id faciat, de capitibus iis, quas in alia charta P. vestrae mittimus, examinari illum, praesente notario faciat: ut videamus, quantum nostra causa velit. Exploratum enim habemus, capita haec cognitissima illi esse. Atque id quidem P. vestra faciat, si venerit, sin minus, ne quid eum accersat. Et in universum cum omnibus etiam ministris nostris silentium teneat, nisi in iis, quae aut cognoscere ex quopiam, aut quae fieri per quemquam eorum P. vestra voluerit. Exemplum libelli, quem Petrus Barzius S. Catholico Regi obtulerat, mittimus P. vestrae loquentiae satis. Itaque vere-

mur, ne, si ea, quae ille coepit, persecuti fuerimus, causam aut amittamus, aut certe involvamus. Jam autem hoc quoque praeter instructionem et nominatim contra sententiam R. D. Cardinalis Commendoni fecerat Barzius, ut sibi scripto, et praesertim tam prolixo cum S. Rege Catholico agendum existimaret. Nunc ad ea, quae posterioribus litteris suis P. vestra scribit, et ad ea, quae ex exemplo litterarum ipsius ad Volski missarum intelleximus, summatim respondebimus. Si quid erit, quod uberiorem responsionem requirat, alias faciemus P. vestram certiorem. In Hispanias hoc tempore a P. vestra scribi ad caeteros non videtur nobis expedire. Ad unum modo R. D. Episcopum Conchensem scribat P. vestra volumus, si non statim illud ipsum, quod et nos velle et causam ipsam requirere intelligit, at aditum saltem aliquem opportunum ad ea faciat, ut deinde per aliam occasionem fundamento huic superaedificari possint, quae opus erunt. Erit autem aditus nostra quidem sententia satis opportunus, si illum P. vestra certiorem faciat, nos studio et amore ipsius erga nos, quem nobis per nonnullos Secretarios nostros declaravit, magnopere fuisse delectatos. Nec dubitare etc. Paratos etiam esse etc. Volscio etiam ipsi parcius deinceps scribat, nisi si quid forte opus fuerit. Satis est nunc admoneri illum, ut scripturas morte Barzii derelictas bonis modis recuperet, ut Regem et caeteros Consiliarios ac Secretarios salutet, et in salutando communibus illis et vulgaribus officiis perfungatur. Quae a Barzio coepta sunt, ne urgeat, neve persequatur, nostram aut P. vestrae aliam instructionem exspectet.

Interim quid sit ab Oratore defuncto actum et quatenus progressum, ex aliis quasi obiter discat, ubi didicerit, ad nos et P. vestram perscribat. De Coadjutoria Doctoris Cromeri scribimus ad S. D. nostrum: non dubitamus negotium primo quoque tempore confectum iri. In negotiis his nostris Barensibus, solitam suam prudentiam, fidem, taciturnitatem P. vestra adhibeat, nec se ab instructione nostra, quolibet vel Fabriciano, vel quovis alio vento sermonum circumferri patiatur.

Non solum enim ubi volunt spirant, sed etiam quid volunt et fere nonnisi id, quod rebus suis judicaverint expedire securi prorsus rerum nostrarum. Quod sane illam facturam esse libenter admodum ex litteris ipsius intelleximus. Illud non impedimus quo majori justitia causam hanc nostram anxiam esse intelligit, hoc ipsa privatim de indignitatibus nominis majore fiducia et singulari quadam praesentia animi nomine suo conqueratur. Negotium Aemilii Malvetii Bononiensis, quod ex ipso P. vestra cognoscere poterit, commendamus P. vestrae. Bene valeat P. vestra.

Dat. Varsaviae 20 Februarii A. D. 1570.

CCXXXV.

Sigismundus Augustus etc. Summo Pontifici.

Beatissime etc. Cum R. in Christo Patri D. Cardinali Varmiensi munus ad S. vestram proficiscendi demandassem, non recusavit ille quidem pro sua erga nos fide et observantia, sed primum hanc a S. vestra veniam sibi per me impetrari postulavit, deinde etiam provideri, ne quid per absentiam ipsius ecclesia, cui praecst Varmiensis, detrimenti capiat, sed, ut vicarium habere possit, cui gregis a Deo sibi commissi non minor esset cura quam ipsi pastori. Visus autem est ad eam rem prae caeteris idoneus non illi magis quam mihi etiam ipsi Venerabilis Martinus Cromerus, juris utriusque Doctor, Cantor et Canonicus ecclesiae illius Varmiensis ac Secretarius noster, in multis et magnis negotiis tam nostris, quam S. olim Sigismundi, genitoris nostri cum laude versatus. Itaque actum est cum R. ipso domino Cardinali, ut hunc vellet etiam Coadjutorem suum constituere, cum spe futurae successionis. Quam ad rem non gravatim est assensus, dummodo id quoque S. vestrae visum foret. Quamobrem a S.

vestra peto, quandoquidem id ecclesiae ipsius Varmiensis plurimum expedire judico, ut illi de tali Coadjutore prospicere dignetur, cum derogatione pro hac vice tantum articulis et constitutionibus etiam jurejurando roboratis, si quae sunt, collegii illius Varmiensis, de non eligendo sine consensu ipsorum. Tanta est enim virtus, et probitas, et doctrina ejus de quo agitur, ut, cum id S. vestra fecerit, et omnem controversiam de ejusmodi adoptatione in Coadjutoriam ejus sustulerit, sub poenis et censuris, non tam Cromero ipsi gratiam demonstrare, quam magno beneficio ecclesiam illam et rempublicam regni mei affecisse videatur. Qua de re pluribus verbis aget cum S. vestra idem ipse R. D. Cardinalis, cui ut S. vestra eandem quam mihi ipsi fidem haberet habeat, ab illa etiam atque etiam peto et quaeso. Commendo etc.

Dat. ut supra.

CCXXXVI.

Sigismundus Augustus etc.

Stanislao Clodinio, Neapoli Agenti.

Venerabilis d. n. d.

Pochwalamy w tém pilność waszą, co w liściech waszych widzimy, i chcemy, abyście w tém nie ustawali. Lecz co się tycze, iż do spraw naszych rady tam niektórych ludzi używać i wedla niéj sprawować się chcecie, to się nam na ten czas widzi niepotrzebna, gdyżeśmy my wam już X. Kardynała samego pokazali, któregobyście tylko samego a nikogo inszego rady używali we wszystkich rzeczach naszych. Jakoż i teraz to wam, repetitis vicibus, rozkazujemy, aby tak było a nie inaczéj, żeby okrom wolej X. Kardynałowéj a rozkazania naszego, niecście się in negotiis nostris a zwłaszcza in causa principali ważyć nie kusili, na czyjąkolwiek bądź potuchę. Bo my tam w Neapolim nikomu więcéj nad was nie ufamy, a jeśliśmy co przedtém o radzie czyjéj wam znać dali

i jej snać używać kazali, tedyśmy nigdy tego nie chcieli, aby się to tak sprosta rozumieć miało, żeby na niéj przestawać a od niéj nie odstępować, gdyż my tantam auctoritatem przy nikim innym na ten czas, jedno przy samym X. Kardynale mieć nie chcemy. A tak o rzeczach naszych umawiać się, ile rzecz potrzebuje, możecie z sługami tam i z jurgieltniki naszemi, słuchać ich możecie, rady ich wedla potrzeby dosięgać możecie. Lecz zaczynać co w rzeczach naszych bez woléj X. Kardynała albo rozkazania własnego naszego, nic nie możecie ani macie. O ten inwentarz rzeczy nieboszczki matki naszéj starajcie się przez kogo możecie i gdzie możecie, a możecie się sami przez się starać, tak jako nam sprawę dają, u Scypiona Calca, syna i haeredem tego, który to za nieboszczki matki naszéj spisował, a dostawszy, poślijcie go nam też kopię, ba i owa wszystkie rzeczy do nas ślijcie, które nam tylko wiedzieć należą, o którycheśmy też wam przeszłą postą pisali, bo tego tu nam potrzeba. To się nam barzo nie podoba, iż te miasteczka, o których piszecie, poczynają się zbraniać płacić burgensatica [1]). I radzibyśmy byli widzieli w téj mierze, co nam piszą Adwokaci, jako nam o tém znać dawacie. Lecz listu ich, na który się referujecie, myśmy nie widzieli ani kancellarya nasza. Potrzebnie uczynią, jeśli nam o tém napiszą, i mówcie im, aby tak uczynili. Pieniędzy gotowych szanujcie, a na niepotrzebne rzeczy, ani na posty extra ordinem, ani na posły, którzyby bez rozkazania naszego albo X. Kardynałowego gdzie jeździć chcieli, kosztu żadnego nie czyńcie, bo wam tego na liczbie nie przyjmiemy. Długi co najprędzéj i co najpilniéj wyciągajcie a do nas przesyłajcie. Remissoriales pro testibus starajcie się, byście co rychléj sam (*tak*) posłać mogli. Insze rzeczy tak, jako się wam przedtém pisało.

Dat. Varsaviae 20 Februarii 1570.

---

[1]) Czynsze z gruntów miejskich.

CCXXXVII.

Franciscus Krasinski, Viceeancellarius regni.

Eidem.

R. D. amice charissime. Co się tycze prowizyej Fogliolowéj, co się mu dało na trzy miesiące, tak jako W. M. piszesz, to już niechaj tak idzie. Lecz o nagrodę tego, co on mieni, jakoby mu się przeszłych lat do prowizyej jego nie dodawało, to W. M. wiedz, iż taka jest wola J. K. M., aby się płaciły dukaty nie więcéj, jedno jako płacono i X. Wolskiemu, i panu nieboszczykowi Przemyślskiemu od nieboszczyka Stempowskiego. O czém był list podpisany ręką J. K. M. do Tycyna, którego listu (ponieważeś się W. M. z Tycynem pojednał, co ja barzo rad słyszę dla posług K. J. M.) możesz W. M. od Tycyna dostać. O te też 770 dukatów, które tam P. Ponętowski aresztował, gdy przyjedzie P. Stempowski, którego się codzień spodziewamy, będzie się wam mogła rezolucya napisać. O prowizyę X. Wolskiego, mówię o te dwieście dukatów węgierskich nad zwyż, miałeś tam W. M. mieć list z podpisem ręki J. K. M., który się posłał do rąk X. Wolskiego. Rozumiem, że go W. M. mieć będziesz. Interim wiedz W. M., iż to jest wola J. K. M. Brankacemu płać W. M. jego prowizyę, wedla przywileju jego, który, jeśli dobrze pamiętam, tak brzmi, iż na tę przyszłą wielką noc ma mieć już swój jurgielt pierwszy. Bene valeat D. v. R.

Dat. Varsaviae 20 Februarii.

CCXXXVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Volscio.

Generose f. n. d. Iterum atque iterum rozkazujemy wam, abyście nad rozkazanie nasze i instrukcyę X. Kardynała Heilsberskiego nic tam nie poczynali, na czyjąkolwiek bądź namowę. O skryptury po nieboszczyku P. Przemyślskim starajcie się bonis modis, abyście wszystkie w mocy swéj mieli, głaszcząc tamte Włochy do czasu, zwłaszcza tego Sekretarza, którego, skoro skryptur dostaniecie, zbądźcie co najrychléj, a tak zbądźcie, żeby tu do nas nie jeździł, by go więc nakoniec czémkolwiek kontentować. Odprawiwszy witania tak u K. J. M. jako indzie, nie wdawajcie się nic in causa principali, ani sollicytujcie odpowiedzi na on skrypt nieboszczyka P. Przemyślskiego. Ale tak znać dawajcie, iż czekacie od nas instrukcyej około wszystkiego in causa principali, którąśmy za wami tedyż posłać byli mieli. Na on list nasz, któryśmy pośledni z Warszawy do K. J. M. pisali i wam do ręku posłali, nie wadzi sollicytować modeste o odpis, jakoby nie chcąc, a imieniem swojém nie naszém. Dawajcie nam znać o wszystkiém dostatecznie, co wiecie, co słyszycie, tak o myśli K. J. M. w téj kauzie, jako i o innych rzeczach. A o tém się dowiadujcie jakoby aliud agens, jako rzecz została była po śmierci P. Barzego, i dajcie nam znać o wszystkiém, a sami ze wszystkiemi ludźmi bądźcie tajemni, zwłaszcza de consiliis nostris, bo tego jest potrzeba. Tośmy dlatego wam pisali, iż widzimy z téj kopiej listu, który do was X. Kardynał pisał, którą kopię nam sam posłał, iż jeszcze i sam X. Kardynał nie prawie tenuit mentem nostram w téj mierze, gdy wam ten list pisał, którego listu nie chcemy, abyście się pro hac vice dzierżeć mieli. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae 20 Februarii 1570.

CCXXXIX.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius regni.

Cardinali Hosio.

J. et R. in Christo pater ac domine, domine colendissime. Obsequiorum meorum commendationem. De instructione S. R. Majestatis ad causam Barensem, quam instructionem tanto studio J. P. vestra exspectare videtur, arbitror J. P. vestrae hactenus satisfactum esse. Nam ab eo tempore, quo Varsaviam venimus, nihil fere aliud agimus quam, ut in hoc genere J. P. vestrae satisfiat: sicuti ex omnibus nostris litteris ad eam datis per haec tempora constare potest. Proxime etiam condimentum instructionum addidimus ducatos mille, ut habeat qui agnum paschalem comparet, confectis istis quadragesimalibus jejuniis. Dolet mihi sane minorem esse auctoritatem meam quam fuerit eorum, qui ante me eodem munere sunt functi, nam quantacumque esset, esset ecclesiae et J. P. vestrae. Sed ut quimus, ajunt. Utut est, tantam profecto esse non cuperem, ut etiam ad honorandos et ornandos haereticos extenderetur: idque sane praestare ipse possum et debeo, atque adeo etiam hucusque praestiti, ut ne cuiquam homini haeretico aut praefecturam, aut dignitatem obsignarem. Haeretico inquam, quem, ut scit J. P. vestra, non error facit sed pertinacia, pertinaciam autem non contagio demonstrat aut lues infelicibus his nostris temporibus plus satis divulgata, cum homines sine judicio et electione, rapti tanquam flumine opinione aliqua vulgi, ad eam fere adhaerescunt: sed judicium ecclesiae, cujus quidem decretum ecclesiae si qui sunt, qui adversum se subierint, ii sane a me frustra honorum, frustra magistratuum suorum litteras exspectabunt. Alioqui si sino utraque crescere usque ad messem, id autem est si obedio evangelio, quid pecco? De Coadjutore J. P.

vestrae egi nunc etiam cum S. Majestate Regia. Quae me plane securum esse jussit, Cromerum amplius ab ecclesia abstractum non iri, praesertim Varmiense, in qua ipsius usus majorem esse posse quam usque alibi, agnoscit ipsa quoque R. Majestas. Itaque scribimus hoc nomine ad S. D. nostrum eodem illo exemplo, quod misit J. P. vestra, additis nonnullis ex sententia R. D. Nuntii, cujus judicio stare se in ea re velle J. P. vestra scripserat. Quid additum sit, ex ipso litterarum exemplo, quod mittitur, cognoscet. Optime valere J. P. vestram cupio, eique studia et obsequia mea commendo.

Dat. Varsaviae 20 Februarii A. D. 1570.

CCXL.

Idem.

Ticinio.

R. D. amice charissime. Na ten czas nie mam co W. M. pisać, bom też był zatrudnion. Nie wątpię, iż tam w sprawach J. K. M., co przyjdzie na skrzydło W. M., pilen będziesz, i mnie po staremu miłować będziesz. Dano mi znać, iżeście się już tandem z X. Kłodzińskim pojednali, czego ja utrique vestrum winszuję, tak dla posług J. K. M., jako dla W. M. samych. Bene valeat D. v. Dat. ut supra.

CCXLI.

Idem.

Podoscio.

R. D. frater et amice charissime ac honorande. Posyłam W. M. kopie listów między J. K. M. a królewiczem Węgier-

skim in negotio pacificationis istius, która się zaczyna, Panie Boże daj w dobrą godzinę. A to dlatego posyłam, abyście tém lepiéj byli resoluti. List J. K. M. możesz W. M. per occasionem, si ita videbitur, Cesarzowi J. M. przeczytać. Vancimulius jest tu, i zastał P. Miłoszewskiego, który, mam za to, że mu satisfecit de septuaginta, niźli sam odjechał. Konie już ten tydzień wynijdą, w tém mnie teraz K. J. M. upewnił. Przyczyną mieszkania były fornimenta, które już snać są in ordine wszystkie. Succurso jużeśmy posłali do rąk X. Grotkowskiego list na florenos trecentos. Na czém, proszę, pro hac vice przestań W. M. et bene valeat Dominatio vestra R. Dat. ut supra.

CCXLII.

Idem.

Volscio.

Generose domine frater et amice charissime. Na ten czas nie mogę W. M. więcéj pisać. Omnia ex litteris R. Majestatis cognosces. Tego Persium Catanensem bonis modis zbądź W. M. scripturis recuperatis, by mu więc dać które sto złotych, jeśli nie tam, tedy w Neapolim, jedno, aby sam nie przyjeżdżał. Negotia insze K. J. M. tak W. M. sprawuj, jako obaczysz z listu J. K. M. Bene valeat D. v. Dat ut supra.

CCXLIII.

Sigismundus Augustus etc.

Electori Saxoniae [1]).

I. princeps etc. Certiores facti sumus, Illustritatem vestram in negotio Petri Caesaris, mutuum quoddam mere confictum iniquissime exigentis, denuo ad J. in Prussia Ducem D. Albertum Fridericum Marchionem Brandeburgensem etc., consanguineum nostrum charissimum et feudalem nostrum principem litteras quasdam non ita pridem dedisse, quibus Illustritas vestra ad solutionem ipsi Caesari praestandam Illustritatem ejus usque adeo vehementer hortetur, ut propemodum non obscure significare videatur, nisi Illustritas ejus quamprimum id faceret, fore ut Illustritas vestra Petro Caesari repressaliorum [1]) permissione sibi ipsi satisfaciendi facultatem concederet. Non autem ignari sumus, Illustritatem vestram ante hac aliquoties etiam ab ipso adhuc seniore in Prussia Duce D. Alberto (piae memoriae), consobrino nostro charissimo, cum de istius simulati mutui ratione, quod a Caesare perinique repeteretur, tum etiam de fictitiis istius obligationis litteris, quas is adeo versute et dolose confecisset, ut Illustritas ejus isthac de re nec satis recordari quidquam, nec unquam sibi in memoriam revocare potuerit, satis diligenter bonis rationibus edoctam esse, ut spem minime quidem vulgarem conceperimus, futurum esse ut Illustritas vestra ipsi Caesari a proposito longe iniquissimo desistere jusso nullum in poste-

---

[1]) August I, zwany *Pobożny*.

[2]) *Repressalia* — czyli moc dana wierzycielowi poszukiwania strat swych na majątku któregokolwiek z współziomków dłużnika lub winowajcy, który nie wynagrodził uczynionéj krzywdy.

rum patrocinium praestaret. Cum vero secus usum venerit Illustritasque vestra eo importunis proculdubio istius impudentis hominis interpellationibus adduci se passa sit, ut denuo litteris suis non obscuram fere de repressaliis comminationem prae se ferentibus urgendum susceperit, facere equidem non potuimus, quin iterum hac de re litteras nostras ad J. vestram daremus, idque vel hanc ob causam, quod ea res non magis ad D. in Prussia Ducem beneficiarium et consanguineum nostrum, quam ad nosmet ipsos utpote supremum J. illius tutorem et directum feudi illius Dominum pertinere videatur. Petimus itaque per ea, quae cum J. vestra nobis intercedunt necessitudinis ac propinquitatis jura peramanter, velit J. vestra, pro eo ac hujus negotii rationes omnino postulant, Caesarem illum convenientibus mediis eo maxime adigere, ut tandem, meliore mente assumpta, quiescendum et ab his molestiis, nobis ac Principi beneficiario et consanguineo nostro faciendis, temperandum sibi esse in animum tandem inducat. Si enim J. vestra Caesari potius rem iniquissimam urgenti, quam nobis longe aequissimam petentibus gratificandum esse existimaret, atque nobis hoc pacto similem nostris quoque subditis facultatem permittendi inevitabilis quaedam necessitas imponeretur, cogitare equidem J. vestra atque pro sua prudentia prospicere facile potest, quo tandem ea res esset evasura, quibusque perturbationibus et difficultatibus publicis occasionem praebitura. Curae autem J. vestrae fore, ne id quoquo modo, quacumque occasione fiat, magnopere quidem confidimus, nosque pari diligentia id operam daturos amanter pollicemur. Illustritas vestra quam diutissime feliciter valeat. Dat.

CCXLIV.

Sigismundus Augustus etc.

Podoscio.

Venerabilis d. n. d. Mieliśmy temi czasy od was list Cesarza J. M. pospołu i z listem salvi conductus posłom Królewicza J. M., siostrzeńca naszego, około pacyfikacyej z Cesarzem J. M. Na co Cesarzowi J. M. tym listem odpisujemy, który oddacie. Lecz do tych traktatów gdy przyjdzie, rozkazujemy wam, abyście imieniem naszém posłom Królewicza J. M. radni i pomocni byli. Bo jeśli rzeczy do końca tak pójdą z obu stron, jako teraz widzimy, nie wątpimy, iż się co dobrego będzie mogło za łaską Bożą konkludować. Do czego my żadnego starania nie opuścimy, kasąc [1]) śmiele w téj mierze na dobrotliwą naturę Cesarza J. M., która nam do téj sprawy siła serca dodawa. Co się tycze Kitlicza z Jaromirskim, nie jesteśmy od tego, aby kommissya extra ordinem dla téj saméj rzeczy daną była, jakoż i dać ją rozkażemy, jednobyśmy wprzód radzi wiedzieli, z strony Cesarza J. M., co zacz a jacy, i wiele tych Kommissarzów będzie, żebyśmy my też w téj mierze wiedzieli, jako się sprawować mamy. Lecz nas też i poddanych naszych nie mniéj dolega to, co się Mikołajowi Brandysowi dzieje od Turzego, który Brandysowi poddanych jego wydać nie chce, chociaż i na mandaty Cesarza J. M., któreście wy byli wyprawili, miał snać był odpisać Cesarzowi J. M., przecz ich wydać nie chciał. Do tych czasów nic się daléj nie stało. W co dobrzeby aby też Cesarz J. M. wejrzał, a wy się tego pilnie domawiajcie i nam znać dawajcie. Dano nam też znać temi czasy, iż Kurfirst Saski pisał do X. Pruskiego, opowiadając mu, iż dla długu niejakiego Petri Caesaris, który dług fun-

---

[1]) spodziewając się, rachując.

damentu żadnego nie ma, chce już wydać repressalia na poddane Xiążęcia J. M., nie dbając nic na sprawę w téj mierze Xiążęcia J. M. i na listy nasze. Co gdzieby tak dojść miało, jako się zanosi, musielibyśmy my też toż i podobno co inszego ktemu w ziemi i w Koronie naszéj uczynić, i repressalia wydać na poddane Rzeskie. Ale to coby za przyjaźń, albo za pokój w Chrześciaństwie mnożyło, każdy snadnie obaczyć może. A tak włóżcie tę rzecz na Cesarza J. M., tak jako wam o tém piszemy, a proście J. C. M., aby w to tak wejrzeć raczył dla dobrego pospolitego, jakoby X. J. M. Pruskie, poddany nasz nie miał przyczyny w téj mierze i z poddanemi swemi fidem nostram implorare. Jest to dług wszystek zmyślony naonczas, kiedy Xiąże nieboszczyk stary, ociec tego dzisiejszego, w zeszłych leciech swoich dał się był w moc ludziom lekkim a niepobożnym, którzy, nabroiwszy wilce inszych rzeczy i nachowawszy takich zmyślonych cyrografów nieboszczykowskich nie mało, gardłem potém to zapłacili, będąc osądzeni na śmierć przez wszystek Landszaft Pruski, przy bytności Kommissarzów naszych, anno 1566. Gdzie też publico edicto te wszystkie takowe ich sprawy sunt abrogatae, iż mocy żadnéj nie mają, jako niesłuszne, zmyślone i prawu pospolitemu przeciwne. A tak przełóżcie to Cesarzowi J. M. pilnie, i imieniem naszém co nabarziéj zalećcie, boby nas zaprawdę takie postępki pana Kurfirstowe barzo obchodzić musiały, i wszystkie stany Korony naszéj.

Dat. Varsaviae 20 Februarii A. D. 1570.

CCXLV.

Sigismundus Augustus etc.

Stanislao Klodziuski.

Venerabilis d. n. d. Recepimus hic a Soderinis, mercatoribus et servitoribus nostris, et eorum sociis, valorem

decem millium ducatorum de Carlinis Neapoli communiter currentium, quorum singulos grossis triginta quinque cum dimidio nobis aestimaverunt. Eam autem summam decem millium ducatorum communium Neapolitanorum promisimus ipsis primo quoque tempore persoluturos esse. Itaque mandamus D. tuae, omnino habere volentes, ut, visis his litteris nostris, vel alioqui quamprimum fieri poterit, supradictam summam decem millium Soderinis ipsis vel plenipotenti illorum D. tua persolvat ac in effectu numeret, sine ulla difficultate. Quod nos a D. tua in rationibus exigendis suscipiemus, visa quietatione Soderinorum. Pro gratia nostra secus ne fecerit.

Dat. Varsaviae 24 Februarii 1570.

CCXLVI.

Sigismundus Augustus etc.

Judaeo Nasi [1]).

Excellens domine s. n. d. Redit ad E. vestram Joannes Vancimulius Vicentinus pro expeditione negotii per ipsum nobis enarrati, exspectabimus nos, ut communibus votis felices eventus respondeant. Interimque procurabimus in promptu habere omnem illam summam, quae ad centum quinqua-

---

[1]) Józef, zwany pospolicie Nasi (Książe po hebrajsku,) ulubieniec dwóch Sułtanów Solimana i Selima II-go, pochodził z żydowskiéj rodziny, która zmuszona była chrzest przyjąć, osiedliwszy się w Portugalii. Według świadectwa dziejopisa De Thou nazywał się on Jan Michez; atoli wygnany z Portugalii, udał się naprzód do Wenecyi, potém do Konstanynopola, gdzie ożenił się z żydówką na zwiskiem Mendez, zatém przyjął religię żony i zmienił zarazem imię i nazwisko. Sułtan Turecki Selim mianował go Księciem wyspy Naxos.

ginta millia suis temporibus exbursanda ascendit; Deus Optimus Maximus illum una cum suo Ministro transmittendo ad nos reducat, ut omnia hinc inde promissa adimpleri possint. Ab eodem E. vestra intelligere poterit, quam prompta sit voluntas nostra et animi propensio erga illam, tam respectu privilegiorum suo tempore confirmandorum, quam cujusvis alterius officii praestandi, quod ab ipso Vancimulio plenius intelliget, quem illi pro securitate sua ex animo commendamus.

Varsaviae d. 25 Februarii 1570.

CCXLVII.

Sigismundus Augustus etc.

Electori Saxoniae.

J. principi etc.

J. princeps domine, amice et consanguinee noster charissime. Dedimus nonnulla in mandatis Venerabili Lucae Podoski, Praeposito Gnesnensi, Canonico Cracoviensi ac Secretario et apud Caes. Majestatem Oratori nostro, in quibus istic Illustritatem vestram nomine nostro alloqueretur. Quoniam autem ea ejusmodi sunt, in quibus non solum nostrum et subditorum nostrorum, verum etiam vicinorum regum atque principum negotium agitur, in quo ipso publica etiam multorum aliorum tranquillitas continetur, ab J. vestra amanter petimus, ut verbis ipsius fidem habeat et ad ea, quae intellexerit, studium et voluntatem suam adjungat. Rem nobis factura gratissimam. Bene valere Illustritatem vestram cupimus.

Dat. Varsaviae prima Martii 1570.

CCXLVIII.

Franciscus Krasiuski, Vicecancellarius regni.

Petro Volski.

Generose domine, amice charissime. W rzeczach K. J. M. przez przeszłą postę dosyć się W. M. pilno napisało. Natenczas iż Pan Emili Malweci, szlachcic Bonoński, mój i W. M. dobry przyjaciel, skarży się, iż mu się zapłata od nieboszczyka Pana Przemyślskiego nie stała, długu pewnego o półtora tysiąca skutów w złocie, mniéj albo więcéj, przetoby mi się widziało, abyś się tam W. M. na to oglądał in recuperandis rebus defuncti derelictis, jakoby się ta zapłata tam z tych rzeczy P. Malwecemu stać mogła, gdyż on i dług jasny multis documentis to pokazuje, iż rzecz jest słuszna i sprawiedliwa. Bene valeat D. vestra. Dat.

CCXLIX.

Sigismundus Augustus etc.

Lucae Podoscio.

Venerabilis d. n. d. Przeszłą postą daliśmy wam znać co za pisanie niedawnemi czasy potkało X. Pruskie J. M., vasalum nostrum, od Kurfirsta J. M. Saskiego. Co i teraz znowu powtarzamy, gdyż i Xiąże J. M. sollicytować nas w téj mierze nie przestawa, i my chcemy, abyście tę rzecz tak przed Cesarzem J. M., według pierwszego rozkazania naszego, jako przed samym Kurfirstem, ponieważ tam temi czasy być ma na dworze Cesarza J. M., imieniem naszém przełożyli.

W onych już zeszłych leciech nieboszczyka X. Pruskiego starego i w chorobach jego ustawicznych, wzięli byli moc na dworze jego niektórzy źli, wykrętni ludzie przez praktyki swoje, a taką moc, iż i radę starą Xiążęcia z miejsc ich wygryźli byli, i zatém co chcieli to czynili, ku wielkiéj szkodzie nietylko Xiążęcia nieboszczyka, ale ziemie onéj wszystkiéj i nakoniec Korony naszéj, jako się to wszystko publice pokazało, i pokazawszy tak skarało, jako potrzeba ukazowała, bo judicio omnium ordinum in Ducatu Prussiae exsistentium et auctores ipsi ultimo supplicio sunt affecti, przy bytności Kommissarzów naszych, ludzi zacnych, i sprawy a postępki ich wszystkie a wszystkie, jako niesprawiedliwe, nieprzystojne i onemu Xięstwu szkodliwe, publico edicto są kassowane. Między innemi sprawami ich nietrefnemi była i ta, iż nie mało osobom postronnym wielkie długi imieniem Xiążęcia nieboszczyka, za ladajaką korzyścią swą zapisowali i cyrografy zmyślone dawali, jako de Paulo Wobsero i o niektórych inszych Cesarz J. M. wiedzieć raczy. Jakoż i ten jeden zapis taki jest, za którym się to teraz Kurfirst J. M. Saski kwoli niejakiemu Petro Caesari, który ten zmyślony zapis ma, zdejmuje, i Xiążęciu J. M. Pruskiemu znać dawa, gdzieby tego długu płacić nie chciał, iż on wyda repressalia na poddane Xiążęcia J. M. Odkładając w téj mierze na stronę i pisania częste, i sprawę stateczną Xiążęcia J. M., i takież listy nasze, jeszcze my quidem do końca temu wiary dać nie możemy, aby Kurfirst J. M., mimo listy nasze i sprawę w téj mierze X. Pruskiego, miał się re vera do tych repressalia rzucić, któremi tak zatrząsa, gdyż my sobie o J. M. nic innego jedno dobrą przyjaźń i stateczność wszelaką obiecujemy. Lecz jednak, iż takim rzeczom lepiéj zawzdy w czas zabiegać niźli po czasie, ponieważ się już J. M. w tém i przez pisanie swe do X. Pruskiego dwakroć deklarował, przeto rozkazujemy wam, abyście tę rzecz tak przed Cesarzem J. M. według pierwszego pisania naszego, jako i przed samym Kurfirstem J. M., imieniem naszém przełożyli, za tym kredencem, który wam do

J. M. posyłamy naznaczony literą A. Powiedzcie przodkiem casum in terminis, tak jakoście z tego pisania naszego wyrozumieli. Potém sprawę dajcie, iż długu takiego, jako zmyślonego (o czém jest jasne zeznanie nieboszczyka Xiążęcia starego przed Kommissarzami naszemi), ani płacić winien jest X. Pruskie, ani żadną miarą płacić może, jako publico omnium ordinum decreto kassowanego, chybaby chciał zasię Xiążę wszystkie sprawy i postępki szkodliwe onych zdradzić, ożywić i na nogi postawić, czego mu się uczynić nie godzi. Dołóżcie tego zatém, iż Xiąże Pruskie jest powinowatym i poddanym a Xiążęciem hołdownym naszym, i poddani jego są poddani nasi, i Korony naszéj. A tak, gdzieby się albo jemu samemu, albo poddanym jego co takiego zkądkolwiek dziać miało, na co się zanosi, tedy i my, radzi nie radzi, musielibyśmy toż w ziemi i w Koronie naszéj uczynić i takież ludzi obce a poddane czyje hamować rozkazać. Lecz z jakąby to przyjaźnią spólną, albo z jakiém zachowaniem pokoju pospolitego było, każdy snadnie obaczyć może. Naostatek żądajcie, jeśli z Cesarzem J. M. mówić będziecie, tedy aby to opatrzyć raczył pro bono pacis communis, aby się to X. Pruskiemu, poddanemu naszemu od P. Kurfirsta J. M. nie działo, coby i nas zaprawdę, i stany nasze koronne słusznie obejść musiało, i coby pokoju żadnego mnożyć nie mogło; jeśli więc z Kurfirstem J. M., tedy, aby albo to zgoła mimo się puścić raczył, co w sobie fundamentu prawego i gruntownego nie ma, dając w tém większą wiarę sprawie naszéj, niż czyjéj inszéj in contrarium, albo więc, jeśliby zgoła puścić J. M. się nie zdało, tedy ktoby się kolwiek w téj mierze sprawiedliwość jaką mieć rozumiał przeciw X. J. M. Pruskiemu, ten niechajby jéj przed nami, jako przed zwierzchnim X. Pruskiego Panem, dochodził, którzy każdemu sprawiedliwość uczynić gotowi będziemy. Jest też i druga z X. Holzackim mało różna, który do tych czasów trzyma na zamku swym pojmanych trzech szlachciców naszych: dwu Kostrów i Żelskiego z Dobrzyńskiéj ziemie, którzy, jadąc dobrowolnie na

naukę do Francyej, bez żadnéj winności pojmani i na zamku Xiążęcia przerzeczonego Holzackiego posadzeni są. Co wy też tymże obyczajem Cesarzowi J. M. przełóżcie, i o opatrzenie przystojne w téj mierze żądajcie, opowiadając się imieniem naszém, iż do tych wszystkich niesnasek, do którychby za temi początki przyjść musiało, nie z nas przyczyna rośnie, którzy radzibyśmy każdemu dobrego sąsiedztwa, ile z nas jest, pomogli, i pokój pospolity w cale zachowali. To, co napiszemy tak Cesarzowi J. M., jako i P. Kurfirstowi J. M., powiecie, iż przeszłemi czasy Armirallo K. J. M. Duńskiego pojmał Frajbitery nasze, ludzie któreśmy my pod tym czasem walki Szwedzkiéj na morzu chowali, dla bronienia przejazdów tak do Szwecyej (co było tak wiele ku pożytku K. J. M. Duńskiego, jako ku pożytku własnemu naszemu), jako i przejazdów do Narwie portu Moskiewskiego nie jedno Koronie naszéj, ale i wszemu Chrześciaństwu barzo szkodliwego, jakośmy to już nieraz na Cesarza J. M. wkładali. A pojmał tè Frajbitery nasze Armirallo Króla Duńskiego, non modo nulla hostilitate denuntiata, ale też sub specie pacis et societatis et confoederationis nobis cum S. Daniae Rege intercedentis. W czém gdyśmy temi czasy o sprawiedliwość do Króla J. M. Duńskiego słali posła swego, tedy i poseł nasz przed K. J. M. przypuszczon nie jest i odpis taki odniósł, jaki z téj kopiej responsu jego każdy wyrozumieć może. Przełóżcież to wszystko i respons ten ukażcie, tak Cesarzowi J. M. jako i Kurfirstowi J. M., i obciążywszy tę rzecz imieniem naszém, iż się nam to dziać od Króla confoederatum nie miało, przymówcie się, aby w to Ich M. wstąpili, a to bezprawie, które się sługom naszym stało, słusznie a legitime nagrodzone było, gdyżby się nam tego żadną miarą mimo się puścić nie godziło, co nas od tego Armiralla potkało. Jeśliby co in contrarium o Pernawę ruszano, tak wiedzcie, iż in foedere nostro, któreśmy niedawne z Królem Duńskim tylko przeciwko Królowi Szwedzkiemu przeszłemu uczynili byli, mając dawne stare foedera, których nie odstępujemy, z Koroną Duńską, tam in isto foe-

dere cautum est, iż gdziebyśmy byli Pernawy téj i inszych miast i zamków, do których się Król Duński w Inflanciech prawo jakieś mieć mienił, pod Królem Szwedzkim dostali, tedyśmy je Królowi Duńskiemu oddać powinni byli. A tak dostawszy my téj Pernawy za łaską Bożą, daléj niż przed czterma laty, zaraz posla naszego do J. K. M. Duńskiego wyprawiliśmy, okazując mu stateczność naszę w chowaniu przymierza i dając znać, żeśmy gotowi puścić tę Pernawę J. K. M. wedla przymierza. Król Duński natenzas odpowiedział nam przez onegoż posła naszego, iż jéj od nas pro illa vice wziąść nie chciał, ale czekać chciał wszystkiego zaraz, abyśmy dobyli, co się jedno pod Królem Szwedzkim mieć mieni. Interim my koszt niemały na lud służebny ku zadzierżeniu Pernawy dobytéj czynićeśmy musieli, jakoż i do tych czasów jeszcze czynić musimy. Tak, iż gdy potém w rok podobno albo daléj, K. J. M. Duński do nas posłał, upominając się téj Pernawy od nas cum omni instrumento bellico, które tam jest, tęśmy odpowiedź dać musieli: iż co się tycze Pernawy jako zarazem wziąwszy ją oddawliśmy ją ex foedere J. K. M., tak i teraz oddać jesteśmy gotowi. Lecz iż interim sumpt się uczynił na służebne dla zadzierżenia jéj, którego sumptu myśmy byli czynić nie powinni, tedy gdzieby jedno onym służebnym K. J. M. zapłacił, my Pernawę puścić gotowi jesteśmy. Na co gdy nam ze strony Króla Duńskiego replikowano, iż zgoła pure sine ulla conditione Pernawę puścić ex foedere mamy, tedyśmy się my ad verba foederis uciekali, które tamte są na końcu, citra praejudicium hominum quorumcumque, jako z téj karty, którą wam posyłamy, wyrozumiecie. Lecz co się tycze instrumenta bellica, które tam są na Pernawie, iż tam jest nie mało naszych własnych dział i inszego sprzętu wojennego, wywiózłszy nasze własne, tedy co Pernawskiego będzie z chucią oddać rozkażemy. To była summa responsu naszego. Otóż niechajby Ich M. aequitatem istius responsi nostri obaczyli, a jeśliby ta Pernawa przyczyną tego pojmania Frajbiterów

być miała, niechajby to K. J. M. Duńskiemu wywiedli, iż się nam w téj mierze inaczéj postąpić nie godziło. Co jednak jako przedtém tak i teraz, na uznanie wspólnych Kommissarzów naszych z Kommissarzmi Króla Duńskiego, radzi przypuścimy, żebyśmy to pokazali, iż tego na samą głowę naszę brać nie chcemy, ale we wszystkiém tak, jako sprawiedliwemu a spokojnemu Królowi należy, zachować się chcemy. Alioqui i tu protestować się będziecie, iż gdzieby do czego innego przyszło, myśmy przyczyny żadnéj do rozruchu nie dali, i póki cum dignitate nostra fieri maxime poterit, do końca nie damy, wierząc pewnie, iż P. Bóg i Cesarz J. M. i inni panowie chrześciańscy, przy téj sprawiedliwości naszéj stać będą. Jeśliby tam na dworze Cesarza J. M. P. Kurfirsta nie było, ani być miał, tedy ten drugi list nasz żadnym znakiem nieznaczony, poślijcie przez kogo pewnego do J. M., a interim i sami do J. M. napisać możecie, dając znać, iżeście mieli w téj mierze od nas dostateczniéjszą informacyę do J. M. Tak, iż będzieli się daléj J. M. z wami wdawać chciał, zwłaszcza około Pernawy, którego my w liście nic nie ruszamy, będziecie mieć drogę do tego otwartą tym obyczajem. Pro gratia nostra sic facturi.

Dat. Varsaviae prima Martii 1570.

CCL.

Sigismundus Augustus etc.

Caesareae Majestati.

Serenissimo et Excellentissimo etc.

S. etc. Commisimus hoc etiam tempore Oratori nostro Venerabili Lucae Podoski, Praeposito Gnesnensi et Canonico Cracoviensi, alloqui nonnullis in rebus Majestatem vestram nomine nostro. Quoniam autem eae res ejus-

modi sunt, in quibus non solum nostrum et subditorum nostrorum, verum etiam vicinorum Regum atque principum negotium agitur, in quo ipso publica etiam multorum aliorum tranquillitas continetur, a Majestate vestra amanter et fraterne petimus, ut verbis ipsius fidem habeat, et ad ea, quae intellexerit, perpetuam suam erga nos benevolentiam adjungat. Quae nobis semper futura esse charissima. Bene valere Majestatem vestram cupimus, ipsique fraternum amorem nostrum etiam atque etiam commendamus. Dat.

CCLI.

Sigismundus Augustus etc.

Caesareae Majestati.

S. et E. etc.

In hoc apparatu nuptiarum S. filiae suae, quam in Hispanias destinat, versanti Majestati vestrae non intempestivam neque alienam a negotio rem facturi videbamur, si hos equos, qui nunc exhibentur Majestati vestrae, nomine nostro ad illam mitteremus; eoque ipso, si nihil aliud, illud saltem testaremur vigere semper apud nos recentem memoriam Majestatis vestrae, ejusque non solum necessitudinis et propinquitatis, sed etiam amoris et benevolentiae singularis ac plane fraternae, quae inter nos intercedit. Non dubitamus Majestatem vestram non tam dono quam animo ejusmodi nostro erga se delectatam, etiam donum ipsum grato animo esse accepturam: de nobisque ita existimaturam, ea quidem amicitia, quam cum Majestate vestra sanctissime colimus, nihil esse nobis charius nihil antiquius: nihil etiam fore jucundius, quam occasiones nobis praeberi quam saepissime, in quibus, quanti Majestatem vestram faciamus, possimus demonstrare.

Optime valere Majestatem vestram cupimus, ipsamque felicissimis omnibus successibus augeri exoptamus.

Dat. Varsaviae 3 Martii 1570.

Litterae passus [1]) Morettowi Kawalkatorowi, który te konie powiedzie. Mittimus etc. cum omnibus equis, sarcinis, impedimentis etc..

Nobilis Daniel Morettus.

CCLII.

Sigismundus Augustus etc.

Podoscio.

Venerabilis d. n. d. Posyłamy tego Moretta Kawalkatora naszego, aby konie, które przezeń Cesarzowi J. M. posyłamy, przy was oddał J. C. M. A tak przystęp mu do Cesarza J. M. uczynicie, aby to, co J. C. M. oddać ma, przy was oddał. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae 3 Martii 1570.

CCLIII.

Sigismundus Augustus etc.

Electori Saxoniae.

J. principi etc.

J. princeps domine, amice et consanguinee noster charissime. Cum accepissemus superioribus mensibus, Speculatores nostros, quos non magis nostra quam S. Regis

---

[1]) Dopisek ten o paszporcie umieszczony jest w rękopiśmie na końcu pomienionego listu do Cesarza.

Daniae causa in mari ad impediendam Suedici belli tempore Suedicam navigationem posueramus, a praefecto classis Danicae captos et in Daniam abductos esse, miseramus Internuntium nostrum ad Serenitatem ipsius, qui de praefecto classis S. ejus nomine nostro quereretur, et de eo nobis Speculatoribusque ipsis nostris jus dici postularet, uti ad mutuam amicitiam et confoederationem cum Serenitate ejus nostram pertineret. Qua quidem captivitate Speculatorum nostrorum hoc etiam magis movebamur, quod navigationem Narvicam in Moscoviam, omnibus christianorum regnis ac ditionibus inprimis perniciosam, propter non tantum armorum, sed multo magis artificum ipsorum, atque adeo consiliorum nostrorum christianorum cum illo hoste barbaro et immani communicationem, eam inquam navigationem, sublato metu Speculatorum nostrorum, omnibus in universum patere videbamus, cum summo incommodo provinciarum omnium christianarum. Verum Serenitas quidem ipsius Internuntium nostrum ad se non admisit, eumque, cum summam mandatorum nostrorum apud Consiliarios nonnullos Serenitatis ipsius exponere jussus esset, cum ejusmodi responso dimisit, in quo parva admodum amicitiae et confoederationis mutuae nostrae ratio habita fuisse videatur: sicuti ex exemplo responsionis ipsius, quod Venerabili Oratori nostro apud Caes. Majestatem misimus, Illustritas vestra, si in aula Caes. Majestatis praesens fuerit, cognoscere poterit. Res ejusmodi est, in qua et dignitas ipsa nostra, et tranquillitas publica, quae duo sunt nobis inprimis charissima, magnopere versantur. Illustritas autem vestra ea est, quae pro sua, quae illi tam nobiscum quam cum S. Daniae ipso Rege necessitudo intercedit, non magis nobis quam S. ipsi Daniae Regi est affecta, tranquillitati autem publicae, pro officio suo principis Christiani, non minus debet quam utrisque nobis. Itaque ne quis tandem exsistat, qui nos ad ulla alia consilia admodum praecipitanter descendisse insimulare queat, totum hoc negotium, uti se haberet, Illustritati vestrae exponendum esse

existimavimus: postulantes pro mutua necessitudine nostra et pro bono pacis ac quietis publicae, ut Illustritas vestra rationes ejusmodi ineat, apud S. ipsum Daniae Regem, ne qua nobis durior conditio imponatur, discedendi ab amicitia cum Serenitate ipsius et ad alia quaedam consilia decurrendi: quae sane ut non nisi inviti suscepturi essemus, ita non videmus, quem fructum rebus christianorum communibus allatura esse videantur. Bene valere Illustritatem vestram cupimus. Dat.

CCLIV.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Hosio.

R. in Christo pater s. n. d. Litteras P. vestrae extremis Januarii et primis Februari diebus scriptas nunc accepimus. Ac probamus sane diligentiam P. vestrae, in perscribendis ad nos copiosissime iis, quae istic in negotio nostro et fiunt et dicuntur. In quo ut P. vestra porro persistat, magnopere postulamus. Videntur eae litterae P. vestrae pleraque habere, quae longioris deliberationis indigeant. Quo libentius sane facimus, ut responsum nostrum ad singula, quae videntur responsione opus habere, ad proximorum tabellariorum discessum differamus. Interea autem voluimus obiter P. vestram de rebus nonnullis facere certiorem. Principio illud firmum atque fixum habeat, nos cum S. Hispaniarum Rege litigandi de his statibus animum plane non habere. Quid deinde? nos ne ipsum quidem S. Regem Hispaniarum in hac causa judicem velle. Quid postremo? nos etsi a concordiae rationibus, si aliter fieri non poterit, alienos non fore, interim tamen nolle a quoquam cupidos ejus rei videri. Itaque P. vestra, quoties

nostro nomine de hac causa verba facit, ita faciat, ut haec tria, quae diximus, non obscure prae se ferat. Lites enim sequi, nec dignitatis nostrae esse arbitramur, nec ejus necessitudinis, quae nobis cum S. Hispaniarum Rege intercedit. Judicium etiam Serenitatis ipsius non idcirco refugimus, quasi aut de jure nostro, (quod omnibus divinis et humanis legibus approbari intelligimus) aut de aequitate Serenitatis ipsius quicquam dubitemus, de qua et nobis ipsis prolixissime pollicemur, et idem P. vestrae etiam atque etiam persuasum esse volumus: sed quod, cum per haec tempora a ministris Serenitatis ipsius indignissime tractati simus, et Serenitatem ipsius non fere absque ministris ejusmodi negotia gerere novimus, valde vereamur, ne hoc pacto afflictissimam per tot annos, opera ministrorum Serenitatis ipsius, causam nostram, magis etiam hac ratione affligamus; et a quibus adhuc nihil aequi obtinere unquam potuimus eorum decreto et sententiae nos ipsos scientes ac prudentes ita summittamus, ut non nisi iniquum auferamus. Scripsisse nos quidem antea P. vestrae meminimus, id quod nunc etiam illi repetendum esse duximus, nos confisos juri nostro, quod per Dei gratiam clarissimum obtinemus, confisos etiam prudentiae et aequitati S. Regis Hispaniarum, quae passim laudibus omnium, secunda etiam opinione nostra celebratur, non refugere, non judicium nos quidem, sed conscientiam ipsam Serenitatis illius, in causa tam manifeste justa, si modo Serenitas ejus conscientiam suam ipsius, cognitione penitiore ejus causae adamussim instructam, in consilium adhibere, calumnias autem inimicorum nostrorum, vel ex mera malevolentia, vel ex rerum privatarum cupiditate profectas, repudiare voluerit: et quid Serenitati ipsius intus in animo ejusmodi conscientia, cognitione causae optime informata, dictet, tandem aliquando proferendum sibi esse existimaverit. Hoc est igitur, quod et ipsi prae nobis ferimus, et P. vestram prae se ferre volumus, nomine etiam ipsius nostro: constitutum nos plane in animo habere non judicio ullo contra Serenitatem ipsius, vel denique apud

S. ipsius, experiri, non arbitrio cujusquam per concordiam de causa decidere; sed videre, ecquidnam tandem ab ipsa, ipsa Serenitatis illius aequitate, cujus sane aequitatis magna quaedam et major fere, quam dici fortassis queat, apud nos est opinio, in causa omnium aequissima et de qua sapientissimum quondam atque aequissimum Caroli V patris Serenitatis ipsius praejudicium pro nobis sit factum, queat obtineri. Nam ad concordiam, si quis aut nos ipsos aut P. vestram spectare animadverterit, magnopere veremur, ne et in tempus longissimum, ostendenda spe ejus concordiae, differamur, et denique quicquid etiam optimo animo de conditionibus concordiae dictum a P. vestra fuerit, id trahatur vel in reprehensionem, vel jam in obligationem: neve etiam, ut fere fit, affingatur, plus ipsis per P. vestram concessum fuisse, quam re vera concessum fuerit. Nam ipsas quoque, quas, ut scribit P. vestra, per Barzium oblatas fuisse concordiae rationes jactant, quod attinet, nos quidem nec quicquam eorum Barzio mandaveramus, nec, ut ex iis, quos nostro nomine cum Barzio in Hispaniam proficisci volueramus, intelligimus, credimus ejusmodi quicquam per eum oblatum fuisse. In Hispanias P. vestra si scripserit, quod se facere velle ostendit, sub easdem cautiones, de quibus diximus, litteris suis adhibeat; a minis omnis generis prorsus abstineat, etiam iis, de quibus ad nos scribit, velle nos nimirum opem alterius cujusquam implorare, nisi jus nostrum primo quoque tempore consequamur. Plane enim sicuti quondam Romano illi sedendo, ita nobis hoc tempore ab ejusmodi denuntiationibus prorsus quiescendo, vincere deliberatum est, quod apud ejusmodi ingenia plus valeat interdum, si potius justa quaedam et cum gravitate juncta indignatio, etiam nuda omnibus verborum terroribus, prae se feratur, quam si omnes minae in unum congerantur, quibus ejusmodi animi irritantur magis, quam ad ullum officium adducuntur. Id quod ipsum P. vestram intelligere abunde non dubitamus. De exactione census nostri in Dohana Fogliae collocati, videmus istic disputationem institui, nobisne ipsis

ea exactio, sive ministrorum Regis Neapolitani opera competat. De quo ut melius a nobis dijudicari possit, dabit operam P. vestra, et ita quoque ad Venerabilem Agentem nostrum Neapolim scribet, ut nobis mittat primo quoque tempore exemplum authenticum ejus instrumenti publici, quod factum fuit in emendo hoc censu per S. olim parentem nostram: mittat etiam et exemplum mandati S. Regis Hispaniarum, eodem illo tempore ad Magistratus Neapolitanos dati, ut censum hunc quotannis S. M. nostrae solvant, nullis aliis novorum mandatorum litteris exspectatis. Quae omnia non dubitamus actis publicis vectigalium vel judiciorum, vel thesauri denique regni illius inscripta fuisse. Mittat praeterea nobis exemplum ejus protestationis, quam quotannis scribit fieri, nomine S. Hispaniarum Regis, in censu hoc nobis persolvendo. Det etiam operam P. vestra, ut conscribi jubeat instrumentum publicum ejus sermonis Fabricii Villani, qui fratrem suum moribundum gravissime questu messe ait, quod, dum nimium commodis regis sui studere cupivit, animam sathanae vendiderit, et caetera ejus generis, quorum cognitio facile haberi poterit, tum ex iis, qui Fabricium forte de iis rebus disserentem etiam alibi audiverunt, tum ex illis, quae, tunc Neapoli animam agente fratre ipsius, credibile est acta fuisse. De Camillo Rossis, qui a ministerio S. Nepotis nostri Electi Hungariae, quod contra nos erat institutum, abreptus esse in carcerem ab inquisitionis praefectis dicitur, volumus ne se quicquam P. vestra in utramvis partem ingerat: nec cursum inquisitionis ipsius ulla ratione impediat. Exemplum litterarum, quae cum ipso ad inquisitionis praefectos delatae sunt, habere cupimus, verum non omnium, sed earum tantum, quarum indicem paulo post P. vestrae missuri sumus. Exemplum litterarum, quas hoc tempore ad Brancatium scribi jussimus, juberemus P. vestrae, ut idem urgeat, quod nos velle intelligit. Caetera ex prioribus nostris litteris, quarum ultimae ad diem, ut arbitramur, 20 Februarii datae erant, copiosius P. vestra cognoscet. Quae bene valeat.

Dat. Varsaviae 7 Martii 1570.

CCLV.

Sigismundus Augustus etc.

Brancatio.

Magnifice s. n. d. Omnibus ex litteris S. tuae singulare ipsius erga nos studium intelligimus, quod nobis sane accidit gratissimum. Non dubitamus enim, quoties occasio tulerit rebus ipsis, declaraturam esse magis ac magis in dies, quo studio nostri et quam praeclaro teneatur. Equidem ad causam nostram esse nonnulla dicuntur nobis necessaria, quorum cognitio uberior a S. tua petenda sit. Confidimus S. tuam, cum de iis interrogata fuerit, id quod novit, et quod res est, responsuram, in eoque palam demonstraturam esse studium et benevolentiam suam erga nos, de qua nobis omnia prolixissime pollicemur. Nos quoque vicissim, uti hactenus S. tuae benevolentia nostra non defuimus, ita deinceps profecto defuturi non sumus.

Dat. ut supra.

CCLVI.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius regni.

Lucae Podoscio.

R. domine, amice charissime et honorandissime. Morettus już wczora ztąd wyjechał, z końmi od K. J. M. do Cesarza J. M., przy którym posłałem ja też synowca swego na służbę C. J. M., z listem swym do J. C. M. Nie masz teraz co pisać W. M.; dawaj W. M. znać, rychłoli a którego dnia ma się ruszyć C. J. M. na ten sejm Rzeski, item, rychłoli posyła

córkę swą do Hiszpaniej, bo na tém K. J. M. należy. Będę się jeszcze starał, aby K. J. M. pomógł czém więcéj W. M. na te sumpty, które na sejmie Rzeskim czynić W. M. musisz. Nie będą-li fata adversa, a ta angustia rei nummariae, qua laboramus, mam nadzieję, że cokolwiek otrzymamy. Bene valeat D. vestra R.

Dat. Varsaviae 7 Martii 1570.

P. S. Negotium P. Mikołaja Brandysa z P. Turzym zalecam W. M. pilnie, abyś je W. M. sollicytował u C. J. M., bo nalega K. J. M.

CCLVII.

Idem.

Castaldó [1]).

Magnifice domine, amice charissime et honorandissime. Amoris et benevolentiae meae commendationem. Nolui praetermittere, quin litteris meis M. vestram salutarem, cui omnes prosperos successus ex animo cupio et opto. Quamprimum M. vestra certi aliquid habuerit de tempore et die, quo S. Caes. Majestas S. suam filiam in Hispanias est missura, faciat quaeso M. vestra per litteras suas Majestatem hanc Regiam certiorem, ut possit quoque Majestas illius Regia negotiis suis prospicere tempestive ad eam rationem, de qua M. vestra cum Majestate illius Regia est locuta. Commendo benevolentiam meam et studium M. vestrae, quam bene valere cupio.

Dat. ut supra.

---

[1]) Jan Alfons Castaldo.

CCLVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Clodinio.

Venerabilis d. n. d. Około zapłaty tych mniszek, którąśmy już byli uczynić wam rozkazali, za radą X. Kardynała, chcemy, abyście się zadzierżeli dotąd, aż nam sprawę dacie około tych dubia, o którycheśmy wam niedawno pisali, wziąwszy je z listów samychże Adwokatów, którzy poniekąd videntur sibi contrariari, tak jakośmy to wam tam zarazem wypisali. Nadzieję aby miano ex officio procedować przeciw Papagodzie in causa expilatae haereditatis, jeszcze i teraz nie baczymy, gdyż to rozkazanie Vicerejowe, o którém nam piszecie, conditionale est, in quantum non praejudicaret juribus et consuetudinibus regni, w czém podobno barziéj przeciw nam a Commissariis causae, niż za nami konkludowano będzie, jako i w każdéj innéj rzeczy. Co my już tak Panu Bogu poruczamy. Wy przedsię officio vestro ne desitis, za radą X. Kardynała; my będziem się do końca przypatrywać, co daléj będzie in his tantis indignitatibus nostris. Tak słyszymy, iż Regens Villanus, który niedawnemi czasy umarł, wyznał to przed samą śmiercią niedaleko, iż chcąc ugadzać pożytkom a interesse pana swego przyrodzonego, sumnienie i duszę swoję nieprzyjacielowi dusznemu był oddał, w czém prosił absolutionem od Posła Papieskiego, obiecując w klasztorze pokutować etc. O czém wie szerzéj X. Kardynał Heilsberski. A tak rozkazujemy wam, abyście téj rzeczy instrumentum publicum dali uczynić, wywiedziawszy się tego gdzie możecie, bądź od Posła Papieskiego, bądź od spowiednika, bądź od ludzi, którzyby to z ust jego albo z czyich inszych o nim słyszeli; a ten instrument tu nam poślijcie. Insze rzeczy, jakośmy wam pierwéj pisali, piszcie nam wszyst-

ko pilno, co się tam dzieje i co za rumor o tych tam sprawach będzie. Co też Brankacy z Rzymu przyniesie etc., to też nam znać dajcie. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae 7 Martii 1570.

CCLIX.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius regni.

Georgio Ticinio.

R. domine, amice charissime. Na te rzeczy, któreś mi W. M. pisał in negotiis Regiae Majestatis, odpiszę potém, jeśli co będzie potrzeba odpisać. Interim tak postępujcie z tą hardą nacyą, jakobyście ptaków nie upłoszyli, bo to dziki zwierz. Prośbą nic nie otrzymamy, a groźbą podobno mniéj, a tak, nic nie grożąc, statecznie w téj rzeczy postępować potrzeba, tak, jako w to J. M. X. Kardynał dobrze potuszy. Negotium cleri nostri de executione incompatibilium etc. promowuj W. M. co nabarziéj; nie dla mnie, bo ja i nie mam nic takiego, coby subjaceret executioni, i gdybym miał, wiem iżby mi tego nikt nie wydarł, ale dla chudszych, którzy gdzieby ku temu ucisku, który mają od świeckich, przed którym dignitatem et fortunas suas tueri non possunt, mieli jeszcze być od swychże duchownych ..... [1]) już nie wiem coby za większe okrucieństwo być miało. Tak baczę, iżby drugi wolał w szewce, niż na kapłaństwo. Bene valeat Dominatio vestra.

Dat. Varsaviae 7 Martii 1570.

---

[1]) Wyraz jeden opuszczony w oryginalnym rękopiśmie.

CCLX.

Idem.

Cardinali Varmiensi.

J. et R. domine, domine colendissime. Obsequiorum commendationem. De rebus et negotiis Regiae Majestatis ex litteris Majestatis ejus plenius J. P. vestra cognoscet, hoc etiam plenius per proximos tabellarios, ubi ad caetera litterarum J. P. vestrae capita S. R. Majestas secum, quid respondendum sit, deliberaverit. Negotium cleri nostri etiam atque etiam J. P. vestrae commendo, non mea causa, neque enim rebus meis ullum periculum metuo, quae et solidioribus fundamentis sunt nixae, et nihil habent subjectum vigori isti executionis concilii Tridentini. Sed quod facio, caeterorum nostri ordinis hominum calamitatibus adductus facio, quibus, si ad veteres et assiduas calamitates, quibus a saecularibus oppressi nec dignitatem, nec fortunas suas tueri satis possunt, nova etiam aliqua a suis calamitas inciderit, domine, quis sustinebit? Debebunt sane permultum hoc nomine J. P. vestrae, quae se in hoc negotio multorum opinione faciliorem fore promittit. Commendo obsequia mea J. P. vestrae, quam optime valere cupio.

Dat. ut supra.

CCLXI.

Idem.

Camillo Brancatio.

Magnifice domine, amice charissime et observandissime. Benevolentiae meae commendationem. Ex litteris M. vestrae

singularem ipsius, cum in me amando, tum in Sacra Regia Majestate colenda et observanda, constantiam intelligo. Quamobrem ita sibi persuadeat, et me quidem in se amando fore constantissimum, et Regiam Majestatem occasionem nullam praetermissuram esse, gratificandi Magnificentiae vestrae, praesertim si in ea re, quam hoc tempore Majestas illius a M. vestra aequam et honestam postulat, satisfactum sibi esse a M. vestra viderit. Bene valere M. vestram cupio.

Dat. ut supra.

CCLXII.

Sigismundus Augustus etc.

Duci Prussiae.

J. princeps domine, Nepos noster charissime. Persuasum habemus, Illustritatem vestram probe meminisse, quam sedulo eam pro singulari nostra animi propensione antea hortati simus, ne vel tractatus vel disputationes ullas de rebus suis cum quopiam, cujuscumque status et conditionis ille fuerit, citra scientiam consiliumque nostrum Illustritas vestra susciperet. Tametsi vero nihil dubitemus, Illustritatem vestram id ipsum, uti decet, et fecisse hactenus, et in posterum facturam diligenter, tamen cum cognovissemus, esse plerosque, qui et per litteras, et per nuntios suos cum Illustritate vestra tractare conentur, de rebus tam ad nos, regnumque nostrum, quam ad Illustritatem ipsam vestram pertinentibus, non potuimus committere pro amore nostro erga Illustritatem vestram et eo jure, quod in ipsam, vel uti tutor, vel uti feudi dominus, obtinemus, quin Illustritatem vestram denuo admoneremus, prout vigore harum praesentium admonemus, postulamusque, atque adeo serio injungimus, ne de his rebus,

quae et magni momenti sunt, et tam ad nos, tanquam dominum feudi Ducatus Prussiae, quam ad Illustritatem vestram pertinere videntur, tractatus ullos suscipiat. Sed omnes, cujuscumque tandem status et conditionis exsistant, qui tractatus ullos cum Illustritate vestra mire voluerint, ad nos remittat, nec aliter faciat. Pro gratia et benevolentia nostra.

Dat. Varsaviae 20 Martii 1570.

CCLXIII.

Sigismundus Augustus etc.

Lucae Podoscio.

Venerabilis d. n. d. Jakośmy przedtém do was pisali o negotium X. Pruskiego cum Petro Caesare, którego Kurfirst Saski in protectionem suam wziął, żebyście byli około tego z Kurfirstem J. M. mówili, albo gdzieby jego tam na dworze Cesarskim nie było, żebyście mu byli list nasz posłali. Tedy tak wiedzcie, żeśmy tam w tym liście nic inszego jedno o Frajbiterach nie pisali, którzy są od Armiralla Króla Duńskiego pojmani i do Daniej zawiezieni. Ale co się Petrum Caesarem dotycze, tedyśmy dali drugi list do tegoż P. Kurfirsta, który list miał był posłać do niego Xiąże Pruskie przez posłańca swego. A iżbyśmy radzi, aby te sprawy z Kurfirstem J. M. szły wedla żądliwości naszéj, posyłamy wam teraz kopie obudwu listów naszych do niego, abyście tém lepszą sprawę o wszystkiém mieli, gdzieby wam z nim około tego mówić przyszło. Ma też jeszcze i drugie negotium X. Pruskie z Wacławem Posadowskim, poddanym C. J. M., około spadku żony swojéj, tak jako szerzéj zrozumiecie z tych munimenta, które wam sub numero 1, 2, 3, 4 i 5 posyłamy. A iż tam ztąd numero 1, 2, 3, 4 obaczycie, iż rzecz już jest za pozwoleniem jego transacta, a on przedsię X. J. M. tru-

dność zadawa i przegróżki czyni, jako ze skryptu numero 5 obaczycie, przeto chcemy, abyście i to C. J. M. przełożyli i o to się starali, jakoby był Posadowski w tém przedsięwzięciu uporném od J. C. M. pohamowan, gdyż my każdą rzecz X. Pruskiego, jako powinowatego i poddanego naszego, za swą własną rzecz poczytamy, zwłaszcza więc teraz, gdy jest w opiece naszéj. Factura D. tua pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae 7 Martii 1570.

CCLXIV.

Sigismundus Augustus etc.

Eidem.

Venerabilis d. n. d. Iż sejm nasz walny nadchodzi, na którym wszystkie stany być muszą, nie baczymy jakoby ta kommissya około granic Szlązkich, na którą się już dawno zbieramy, tymczasem dojść mogła, gdyż od Sejmu nie mogą odjechać ci, którzyby tę kommissyę graniczną odprawiać mieli. A tak opowiedzcie tę rzecz C. J. M., a proście, aby tę kommissyę ze strony swéj na inszy przestrzeńszy i wolniéjszy czas ad Augustum mensem odłożyć raczył. Dano też nam tę sprawę, iż tam snać w Wiedniu w tych czasiech niejaki Włoch Dominicus Mosca miał pisać 300 arkiebuźników tu do Polski komuś, o czém wywiedziawszy się pewnie, komuby to tu pisan ten lud był, dajcie nam znać. A interim jeśliby co C. J. M. wspominać miał, iż ten tam ktoś od nas niedawno lud z Węgier zbierał, tedy powiedzcie, iż o tém nic nie wiemy.

Dat. Varsaviae 20 Martii 1570.

CCLXV.

Sigismundus Augustus etc.

Judaeo Nasi.

J. princeps, amice noster dilecte. Gratissima est nobis egregia ista voluntas J. vestrae erga nos, quam nobis partim litterae J. vestrae repraesentant, partim etiam renuntiant ii, qui istinc ad nos reverti solent. Quod cum ita sit, persuadere sibi debet J. vestra, paratos nos vicissim esse atque fore ad referendam parem gratiam J. vestrae, quotiescumque se ejus rei declarandae occasio praebuerit. Nunc cum in negotiis nostris mitteremus istuc ad Excelsam Portam nobilem Andream Taranowski, Internuntium nostrum, noluimus illum sine nostris ad J. vestram litteris discedere: postulantes ab J. vestra, ut, si qua in re in negotiis nostris, opera, officio, favore J. vestrae opus habuerit, sentiat sibi has nostras litteras magno apud J. vestram in rebus omnibus adjumento fuisse.

Dat. Varsaviae 8 Martii 1570.

CCLXVI.

Sigismundus Augustus etc.

Regi Hispaniarum.

Quoties consideramus pacificam et bonae fidei possessionem statuum Bari et Rossani etc., per multos annos in persona S. quondam Isabellae, aviae nostrae, et deinde continuationem ejusdem possessionis in persona S. dominae Bonae, filiae ejus unicae, matris autem nostrae desideratissimae. Cum autem quoties intuemur in monumentis multarum litte-

rarum authenticarum, Divum Carolum V Imperatorem, patrem quondam S. vestrae, cum praedicta mater nostra a fisco regio et ad instigationem J. quondam Francisci ultimi Ducis Mediolanensis in ea possessione molestari coepta fuisset, non modo passum non fuisse ejusmodi injustas molestias diutius S. ipsi matri nostrae exhiberi, sed etiam sustulisse statim pignerationem factam et restituisse possessionem dictorum statuum Serenitati ejus, cui competebat ex legitima successione, ac praeterea renovasse eidem et confirmasse veteres investituras, cum non exigua amplificatione jurisdictionis et obligatione perpetua, fore ut nunquam ob dictos status ulla molestia a fisco afficiatur, additis etiam poenis insignibus contra judices regni Neapolitani, si quid unquam in contrarium auderent, uti manifeste apparet ex instrumentis factis anno 1524, in quibus ipsis nominatim comprehensa est persona nostra. Praeterea cum nobis in mentem venit, nos quidem, posteaquam ex decreto Senatus nostri profectionem S. quondam matris nostrae in Italiam prohibitam fuisse videremus, commotos intercessione litterarum tam Divi Caroli V Imperatoris, quam ipsius S. vestrae, ac praeterea rogatu instantissimo J. et Magnifici Joannis de Ajala, qui nomine Majestatum vestrarum certiores faciebat nos, discessum ejusmodi S. parentis nostrae nullum nec nobis nec regno nostro detrimentum esse allaturum, ex mera regia auctoritate nostra M. vestris satisfacere studuisse; et tamen postea (praeter insidias, indignitates, machinationes in vitam S. matris nostrae factas et praeter insignia furta commissa pecuniae, argenti, monilium et aliarum mobilium rerum, quas possidebat) nos etiam ipsos, nullo nostro malo merito, nulla citatione praecedente, statim sub ipsam mortem exutos possessione dictorum statuum fuisse, eo quidem tempore, quo et nos ex causis supradictis maxime securi eramus pacificae possessionis, et ipsa Serenitas vestra superstes esset non solum regnorum, sed etiam virtutum omnium paternarum haeres. Ad haec cum maximo nostro sumptu experti simus, nos ne hactenus qui-

dem in 12 annorum spatio eo potuisse pervenire, quo in unius anni spatio S. matrem nostram meminimus pervenisse, quae molestata eodem isto nomine a fisco regio, fuit justissime et rectissime, cum maxima significatione favoris et benevolentiae, ab omnibus molestiis liberata et pacificae suae possessioni restituta. Haec, inquam, omnia cum expendimus, consideret S. vestra, pro sua singulari prudentia, in quam gravem acerbitatem et quantam ab ipsis etiam Senatoribus nostris exagitationem conjectus sit status animi nostri propensissimi et multis officiorum ac necessitudinum vinculis antiquitus cum S. vestra ipsiusque S. familia conjuctissimi.

Ex adverso autem cum consideramus, S. vestram esse filium vere magni et invicti, ac nunquam satis laudati Imperatoris Caroli V, ad quam S. vestram haereditate pervenerunt obligationes omnes ejus Imperatoris, cujus nomen celebre in universo mundo et admirabile est, et quando ob oculos ponimus illustres, honoratas et gloriosas actiones S. vestrae, et intuemur magnitudinem animi, clementiam, bonitatem, justitiam ac intégritatem S. vestrae, qua innixa ita laudatissimi vestigiis Divi parentis sui ingreditur, ut nitatur non solum adaequare, sed etiam superare gloriam clarissimorum majorum suorum, equidem hoc ipsum, quod in negotiis nostris ejusmodi non eosdem effectus cernamus, quos vidit S. parens nostra a felicis memoriae Carolo V, non possumus aliunde procedere existimare, quam a ministris ipsis: quibus placuit jam inde ab eo die, quo mortua est S. mater nostra, nulla habita significatione voluntatis Serenitatis vestrae, quae tam cito haberi non poterat, privare nos re ipsa possessione status nostri et, sub praetextu legatorum, occupare omnem substantiam S. matris nostrae, quae erat maximi valoris. Ut omittamus occultas depraedationes aliarum non vulgarium summarum, quarum profusio in causa fuit, ut occluderentur postea januae justitiae, atque interim propter commodum suum triumphant discordiis nostris et in eo elaborant, ut alant perpetuo ejusmodi dissidia nostra, invidentia

quadam benevolentiae erga nos et favoris Majestatis vestrae, itemque mutuae conjunctionis ac necessitudinis nostrae, atque ita nulla ratione habita officii sui, persequuntur eandem illam viam malignam, nulla unquam adaperta luce veritatis, quam bene informatus animus S. vestrae, quod sciunt, statim cum maximo malo illorum secutus fuisset, uti nunquam alias, re cognita et perspecta, solet S. vestra deserere gloriosam et justissimam viam majorum suorum. Quamobrem haec omnia nobiscum perpendentes et projicientes nos in Deum Optimum Maximum animo candido, tranquillo ac exporrecto, et nolentes pati immutari ulla ex parte optimum animum nostrum, tum etiam persuasi cohortationibus eorum, quorum apud nos magna est reverentia, libenter constituimus eam viam inire et plene confidere in catholica et de veritate rei ipsius informata conscientia S. vestrae, informata tamen a ministris piis, nec ulla affectione corruptis aut depravatis. Confisi, nos in S. vestra esse reperturos ejusmodi promptitudinem et alacritatem, quae conveniat professioni S. vestrae in protegenda et illustranda, et omnibus viribus auctoritatis suae adjuvanda justitia et religione christiana, quae maxime in recta conscientia fundata est, ex quo ipso S. vestra legitime obtinet nomen catholici. Sperantes etiam, quod instructa de veritate eorum, quae Bari gesta sunt, habebit occasionem cumulandi infinita gloria tot suas regias actiones, et in universum confirmandi animos omnium hominum de immortali pietate, aequitate et conscientia sua, et exhibendi denique clarissimum exemplum infinitae justitiae suae, cum aliud exspectari non possint a S. vestra, tam justo, pio et clementi Rege Catholico. In quo sane S. vestra sustinebit etiam personam Dei Optimi Maximi, in cujus oculis uti nulla fraus, nullum scelus absconditum et inultum est, ita quoque apud S. vestram nihil erit ex iis flagitiis in haereditate nostra materna perpetratis, quod aut occultum, aut impunitum esse videatur, ita ut nulla potestas malignis hominibus amplius supersit, obscurandi candidissimam et celebratissimam famam catholicae

conscientiae S. vestrae. Quae nos quidem in hoc cursu molestiarum et sumptuum duodecim annorum perpessorum, sola propemodum recreabat, dum certo nobis persuaderemus aliquando tandem veritatem ipsam de tempore triumphum acturam et S. vestram his nostris tot ac tantis indignitatibus indolituram esse, cujus praeclarum erga nos animum nulla malignitas eorum, qui nos interea prosecuti, praedati, insidiis etiam et laqueis, cum non vulgari offensione religionis, in universo regno nostro adorti sunt, potuit unquam commutare. Equidem ubi Serenitas vestra et suae aequitati et opinioni etiam ac exspectationi nostrae congruentem viam ac rationem in finiendo tandem hoc negotio secuta fuerit, cognoscet nos ejus officii et benevolentiae suae omnem temporum occasionem memores et gratos [1]).

CCLXVII.

Sigismundus Augustus etc.

S. Principi domino Philippo, Dei gratia Regi Hispaniarum etc.

S. princeps domine, frater consanguinee noster charissime.

Varie omnino afficimur in his negotiis nostris Barensibus, in quibus nos S. vestra tertium decimum annum jam

---

[1]) Ten list jakoteż następujący z kolei, zamieszczone są w rękopiśmie w dwóch językach: łacińskim i włoskim. Opuszczając przekład włoski, podajemy oba te listy, pomimo jednakowéj treści, z powodu niektórych odmian. Jeden wysłany był z Kancelaryi Królewskiéj w oryginale łacińskim, drugi po włosku.

versari intelligit. Nam et rebus ipsis, quae nobis per haec tempora indignissima illic acciderunt, angimur vehementer, et rursus tamen non minus recreamur, quoties nos ad S. ipsam vestram convertimus, de cujus aequitate et justitia omnia nobis secundissima pollicemur.

Videmus, J. quondam dominam Isabellam Aragoniam, aviam nostram, status Bari et Rossani, de quibus nos legitimus ac unicus nepos illius hoc tempore periclitamur, non solum bona fide, sed etiam quietissime possedisse. Videmus, post mortem ipsius eandem possessionem ad fisci instantiam cupiditate quorundam nonnihil interturbatam, cito post aequitate et magnanimitate maximi et perpetua memoria dignissimi Imperatoris Divi Caroli V, parentis Serenitatis vestrae, S. ipsi matri nostrae non modo veteribus omnibus confirmatis investituris restitutam, sed etiam permultis novis praerogativis et jurisdictionibus auctam exstitisse: interposita etiam obligatione perpetua, nunquam fore ut amplius ipsa posterive ipsius de possessione horum statuum aliquo modo in dubium venire posse videantur; et deinde interposita poena et sanctione, ne quis omnino magistratuum Neapolitanorum concessionem ejusmodi labefactare ausit. Videmus, S. ipsam matrem nostram, ex eo tempore eosdem status ad extremum usque vitae suae spiritum, legitime, quiete, integre possedisse. Videmus, in iis litteris, quibus possessio eorum statuum S. ipsius a Divo Carolo V restituta fuit, nos ipsos nominatim in investitura comprehensos esse. Videmus, multa Divi genitoris nostri, ipsiusque adeo S. genitricis nostrae merita, tum in Divum S. vestrae genitorem, tum in ipsam quoque S. vestram et omnino in universam hanc S. vestrae Austriacam illustrissimam familiam, exstitisse. Videmus, nos quoque ipsos, legitimum eorum et filium et haeredem, si officiis pares esse non potuimus, saltem nihil mali, aut de ipsa S. vestra, aut de familia S. vestrae, meritos unquam esse.

Jam autem quoque versatur nobis ante oculos assidue singulare factum nostrum, quod nos in gratiam Serenitatis ve-

strae, Divique adeo parentis S. vestrae fecisse meminimus, adversante prorsus et nunc maxime factum nostrum reprehendente universo Senatu nostro, quod ad intercessionem litterarum Majestatis et Serenitatis vestrarum S. matrem nostram ex regno nostro excedere, et in regnum Neapolitanum commigrare, permiserimus: innixi pollicitationibus J. et Magnifici Joannis de Ajala, Nuntii Majestatis et Serenitatis vestrarum, confirmantis nomine illarum, discessum ejusmodi S. parentis nostrae nihil prorsus unquam nec nobis, nec regno nostro detrimenti esse allaturum. Ecce autem, cum ita res nostras regnique nostri maxime in tuto collocatas esse arbitraremur, accidit, ut, praeter indignitates, insidias, machinationes, in ipsam S. matris nostrae vitam confestim factas, et praeter insignia furta commissa in pecunia, argento, monilibus et aliis ejusmodi rebus Serenitatis ejus, etiam nos ipsi, causa plane indicta, vix dum satis spiritu ipso S. matris nostrae exhalato, dictorum statuum, tot annis quietissime possessorum, et ad nos legitime pertinentium, possessione exuti simus, in ipso regno Neapolitano, quod ditione ipsius S. vestrae continetur: et exuti quidem eo tempore, quo S. vestra per Dei gratiam superstes esset haeres non modo ditionum, sed etiam obligationum et virtutum omnium paternarum. Et, quod maxime mirandum est, ne in 12 quidem annorum integro spatio, post mortem S. matris nostrae, eo pervenire possumus, maximis nostris sumptibus et laboribus, quo olim S. matrem ipsam nostram facillime, intra unius anni spatium a morte J. matris suae, pervenisse meminimus. Haec igitur omnia quam duras afferant et acerbas cogitationes animo nostro, quem nos ad omnem Serenitatis vestrae et inclytae familiae ipsius dignitatem erectum ac inflammatum esse sentimus, Serenitas vestra, pro sua singulari prudentia, quaesumus, ut secum altius consideret, et in eo aliquantisper personam nostram induat, personam, inquam, Regis per Dei gratiam inter Reges christianos non obscurissimi, Regis S. vestrae familiaeque ipsius amantissimi, Regis multis necessitudinum vin-

culis sibi conjunctissimi, Regis denique tantis indignitatibus afflictissimi. Nos enim quoque, quoties mentem nostram ab his indignitatibus paulisper avertere cupimus, solemus personam S. vestrae suscipere, atque ea sola propemodum ratione acerbitatem ejusmodi cogitationum nostrarum consolari. Videmus enim, S. vestram ejusdem illius esse filium, qui vere magnus et invictus, ac non solum temporibus nostris, sed etiam ad omnem posteritatem nunquam satis laudatus exstitit Imperator. Filium, inquam, Divi Caroli V, qui S. parentem nostram in possessione eorundem statuum impeditam, exspectatione eventus litis diu suspensam esse noluit, sed eam, aequitate et magnitudine animi sui recreatam, possessioni suae quamprimum restituit. Videmus et audimus, Serenitatem quoque ipsam vestram in omni virtutis et excellentiae genere ita versari, ita vestigiis optimi et clarissimi parentis sui insistere, ut laudem illius adaequare, multorum autem majorum suorum etiam superare velle videatur.

Quae duo cum in S. vestra satis consideravimus, equidem dum nos a S. vestra eosdem illos fructus percipere posse non videmus, quos olim S. parens nostra a Divo parente S. vestrae in eadem causa percepit, non possumus nisi quosdam ex ministris ipsius accusare. Quibus parum fuit, eo ipso die, quo S. parens nostra ad superos emigravit, nullo mandato aut significatione voluntatis S. vestrae, quae tam cito a S. vestra haberi omnino non poterat, privare nos possessione statuum nostrorum et, sub praetextu legatorum, occupare universam illam regalem S. matris nostrae gazam, qua postea prodigialissime effundenda abusi sunt ad obtegenda furta ac latrocinia sua et ad demergendam in profundo rei totius veritatem. Haec, inquam, non satis eis visa sunt, nisi Serenitati quoque ipsi vestrae fucum facerent et, rebus aliter apud ipsam exponendis, mentem ipsius avertere, nosque inter nos quasi ad certamen indignissimum committere conarentur.

Quamobrem nos projecti toto animo in Deum Optimum Maximum, cui justitiam nostram curae esse non ignoramus;

confisi etiam integritate et aequitate Serenitatis ipsius vestrae, de qua nobis prolixissime omnia pollicemur; adducti denique cohortationibus nonnullorum, quorum apud nos merito maxima est reverentia: deliberatum habemus in hac nostra difficultate, caeteris omnibus omissis, ipsam S. vestrae conscientiam appellare.

Quae si se a viris bonis et nullo aut privato commodo, aut animi malignitate ipsa infectis ac depravatis, instrui in hac causa voluerit, et ea, quae Bari mortem S. parentis nostrae consecuta sunt, vere cognoverit, non dubitamus, quin partim injuriis nostris Serenissimaeque olim parentis nostrae infinitis ac intolerabilibus, partim etiam ipsa rerum illarum turpitudine singulari commota S. vestra: et nostram quidem vicem dolore suo prosecutura, uti Rex magnis necessitudinibus nobiscum conjunctus, et, uti Dei minister, scelestis illis ac incredibilibus flagitiis coopertis hominibus, justa ac debita supplicia sit irrogatura, atque ita constantissimam omnium hominum de singulari aequitate et integritate animi sui opinionem, apertissima ista et expeditissima via ac ratione sit confirmatura. Praebet eam spem nobis, principio nomen ipsum Catholici Regis, quod Serenitas vestra obtinet: praebet etiam illustre et multis laudibus per multas hominum aetates celebratum genus S. vestrae: praebet memoria optimi et sanctissimi parentis S. vestrae: praebet conjunctio ac necessitudo mutua nostra cum S. vestra: praebent merita Divorum parentum nostrorum et nonnulla etiam nostra ipsorum, cum in Divos majores S. vestrae, tum in ipsam quoque S. vestram. Praebet postremo tota vitae ratio ac institutum S. vestrae, a qua omnia justa, aequa, gloriosa, et breviter majorum suorum suisque ipsius rebus gestis consentanea exspectantur.

Nos quidem quod attinet, uti hactenus cum summa animi nostri moderatione negotium hoc tractavimus, ita non difficulter etiam exspectabimus, quam in partem animus S. vestrae, post lectas has litteras nostras, inclinet.

Quem animum si nobis S. vestra talem declaraverit, qualem nos nobis pro justitia nostra persuademus, pollicemur, S. vestram magnam cum ex ipsa re, tum etiam ex nostro erga se studio et amore, voluptatem esse percepturam. Bene valere Serenitatem vestram cupimus, ejusque nos fraterno amori commendamus.

Dat. Varsaviae 13 Martii 1570. Regni nostri 41.

CCLXVIII.

Sigismundus Augustus etc.

Cardinali Varmiensi.

R. in Christo pater s. n. d. Ad litteras P. vestrae, ad quas responsum nostrum hucusque distuleramus, ita respondemus. Volumus tamen ante omnia, ut, quae P. vestrae per proximos tabellarios scripsimus die ejus mensis 7, eorum ne obliviscatur. Qua etiam ex causa exemplum eorum nunc P. vestrae mittimus. Ex iis, quae istic a plerisque ad spem concordiae scribit P. vestra ostentari, nihil aliud intelligere possumus, quam de industria offata hanc nobis objici, si forte ab instituto et proposito nostro averti, et ad inanes istas spes converti posse videamur. Verum nobis quidem, per hos duodecim et amplius annos re ipsa jam edoctis, nulla spes concordiae tanti est, ut diutius exspectatione istarum rerum teneamur, ut ne ab incepto et instituto nostro desistamus. Itaque P. vestra quin omnes omnium sermones, etiam de concordiae istius rationibus, audiat, non vetamus, quos etiam ipsos ut ad nos, quemadmodum adhuc fecit, diligenter perscribat, volumus. Verum ipsa nihil unquam ejusmodi loquatur, unde nos aut optare, aut sperare aliud genus concordiae quis existimet, quam explicationem ipsam mentis S. ipsius

Hispaniarum Regis, fratris et consanguinei nostri charissimi, profectam ex ipsa conscientia Serenitatis illius bene informata. Quod quidem concordiae genus ipsi etiam S. Hispaniarum Regi et facillimum et honorificentissimum esse arbitramur, cum ad eam quidem rationem in manu ipsius Serenitatis ejus omnia posita esse videantur, sententia, judicium, arbitrium, concordia denique ipsa. Atque hoc quidem omnium diligentissime a P. vestra observari volumus. Quid praeterea? illud certe quidem, ne quid interim P. vestra remittat de eo studio, quod coepit, agendi cum S. D. nostro, ut motu, quod vocant, proprio, addat S. ipsius per litteras calcaria S. Hispaniarum Regi, ad eam quidem rationem, quam ex superioribus instructionibus nostris cognovit P. vestra. Ab eaque re ne se P. vestra dimoveri patiatur ullis rationibus quorumcumque, qui aut concordiae spem quantumvis exquisitam ostendant, aut tempus aliquod interponendum esse censeant, aut quidvis tandem in medium adferant: atque adeo hoc ipsum quoque S. D. nostro persuadeat, ne officium suum, quod pro nobis apud S. Hispaniarum Regem facturus sit, extrahi aut differri ullis hominum rationibus patiatur, etiamsi certam quodammodo concordiae spem S. ejus proponere videantur. Satis sit, duodecim annos amplius spebus ejusmodi laetatos esse: satis sit et sumptus tot fecisse, et labores tot suscepisse, et tempus exactum perdidisse, deliberatum nos habere, nihil aliud videre cupere, in hac causa, quam illud, quod conscientia ipsa S. Hispaniarum Regis, fratris nostri honorandissimi, instructa cognitione causae a viris bonis et nullius rei cupiditate depravatis, tandem pepererit. Neque enim est causa, cur aut hoc intermittamus, aut aliud aggrediamur, cum et reliqua omnia jam frustra tentaverimus, et hoc, quod coepimus, sine summo amittendae occasionis periculo praetermitti non potest, occasionis, inquam, matris rerum omnium gerendarum. Nec videmus sane, cur quispiam hoc secus, quam vellemus, accipiendum esse existimet, neque enim classicum ullum canimus, aut etiam lites ullas intentamus, sed ipsam tantum con-

scientiam S. Hispaniarum Regis appellamus. Qua quidem in re gratiam et auctoritatem S. D. nostri non ad ullam vim Serenitati ejus faciendam adhibemus, sed ad idem illud lenissimum propositum nostrum vel urgendum, vel adjuvandum, vel etiam molliendum. Atque id sane nos cum S. ipsius agere, ne dissimulari quidem jam potest, cum publicum jam factum sit, nec adjumentum hoc diutius a S. ejus exspectari, sine gravi praejudicio causae nostrae, essent enim proculdubio, qui existimarent causam nostram S. ejus, quod absit, probari non potuisse, si quid a S. illius cessatum esse videatur. Ne quam igitur his rebus moram P. vestra interponat, sive relegendis Barzii instructionibus, cum planissime nobis constet, nihil illum prorsus in causa confecisse: sive exspectando ullo responso ex Hispaniis ad suas, quas se mittere velle ostendit, litteras, nam etsi in persuasionibus P. vestrae aliquid momenti inesse posse non negamus, tamen in illis quidem locis nullius hominis graviorem fore auctoritatem, perspectum habemus, auctoritate ipsa S. D. nostri. Jam autem ne excurrere quidem P. vestram Neapolim ulla ratione volumus; quod ea res nec dignitatem ullam habere, nec fructum ullum, videatur. Quod si P. vestra adversarios ipsos nostros nihil aeque studere animadvertit, quam ut causa, quibuscumque possit rationibus, differatur, quod id sibi in possessione statuum nostrorum haerentibus magnopere conducibile esse arbitrentur, nos plane ex adverso spem omnem confirmandorum vel potius recreandorum negotiorum nostrorum, in studio, diligentia, vigilantia summa collocatam esse arbitrari debemus. In Hispaniam si scripserit P. vestra, etsi libentissime omnino visuri eramus exemplum litterarum ipsarum, antequam mitteretur, tamen illud a P. vestra in scribendo observari prorsus volumus. Unum, ut sua id sponte, non mandato nostro facere videatur: alterum, ut a minis omnis generis in universum abstineat: tertium, ne vehementer, aut presse admodum in causae ipsius rationibus insistat, sed obiter tantum momenta ipsius causae attingat, et totam fere operam

suam in christiana admonitione quam modestissime instituta consumat: quartum et ultimum, ne propterea ab imploranda S. D. nostri auctoritate, secundum priorem, ut diximus, instructionem nostram, desistat. Scribimus nos quoque ad Serenitatem ejus hoc tempore, ad eum modum, quem per proximos tabellarios nostros P. vestra cognoscet. Interim his, qui concordiam aut urserunt hactenus apud P. vestram, aut urgere voluerint, intelligit P. vestra, quid ab illa possit graviter responderi. In omnibus quidem sermonibus de Rege ipso quam honorificentissime loquatur, de ministris, vera potius, quam grata. Quid enim nos dicere pudeat, quae illos facere non pudet? Ostendat, magnam admodum offensionem in republica in nostris hominibus factam esse, ex tam violenta et praematura invasione statuum nostrorum, quorum possessio eodem ipso die, quo S. matrem nostram ad superos emigrare contigit, nobis nec auditis, nec ad judicium vocatis, est erepta; non exspectata etiam significatione voluntatis a S. Hispaniarum Rege (quae omnino eodem die haberi non poterat), an sibi Serenitas ipsius possessionem eorum statuum, qui revera nostri sunt, falsis testamenti tabulis ad Serenitatem ejus deferuntur, adeundam esse existimet. Magnam etiam offensionem factam esse et in religione ipsa, ex his titulis et appellationibus, quibus istic Laurentius Papacoda, homo omnium nostrorum hominum scientia, omnis generis sceleribus et flagitiis coopertus, est affectus. Exponat indignitates reliquas infinitas, quae in hanc causam incurrerunt. Imploret eorundem illorum, qui pro concordia agunt, opem atque praesidium, ut eorum gratia, auctoritate, studio, industria, oppressae justitiae succurratur: et ut ea, quae cum P. vestra dicuntur pro studio concordiae et alicujus transactionis, cum Oratoribus potius et negotiorum gestoribus S. Regis Hispaniarum dicantur, aut etiam ad ipsum S. Hispaniarum Regem, vel ad caeteros, qui sunt cum auctoritate in Hispaniis, perscribantur, inprimis autem ad Conchensem et, si forte videbitur, etiam ad Rui Gomez. In quo non inutile esset de illis quoque rebus

nonnihil illic perscribi, quae ex Fabricio Villano P. vestra de sermonibus moribundi fratris ipsius intellexit. Quod ad conditiones attinet, quae a Brancatio ad concordiam proponuntur, dicat P. vestra, sibi verisimile non videri haec tam exigua et minuta S. Hispaniarum Regem consectari: sed haec omnia suo, non nostro nomine P. vestram agere volumus. Quod scribit P. vestra cupere se de voluntate nostra certiorem fieri, velimusne absque interventu ministrorum Neapolitanorum vectigal doanae per ministros nostros exigere, de eo quidem, visis instrumentis publicis ejus contractus, quae instrumenta a P. vestra exspectamus, rectius constituemus. Illud videat P. vestra, ut ea omnia ad nos quamprimum mittat, secundum ea, quae per proximos tabellarios P. vestrae scripsimus. Sed quoniam significatur nobis nimis magnum sumptum fore, si ex publicis regni illius actis ea instrumenta extrahantur, dabit operam P. vestra, ut ea vel a Palmiero, Advocato nostro, qui conficiendis eis praefuisse dicitur, vel inter eas scripturas, quae ab haerede Stempovii relictae istic sunt, perquirantur. Quod scripsimus proximis litteris, ut P. vestra eorum sermonum, quos Fabricius de confessione fratris sui morientis cum illa habuit, curet confici instrumentum, illud addimus: ut ne Fabricium propterea ad judicium ullum, aut etiam ad magistratum adducat, neque nimias solennitates in eo observet. Satis erit, si privato aliquo in loco, praesente notario, idem dicat, aut si etiam manu sua scribat. Brancatius, posteaquam Romam venerat, intempestive sane, non examinatus de iis, quae de furtis Papacodanis nota habet, discessit. Utut est, tractet illum benigne per litteras P. vestra, spemque illi quam prolixissimam faciat, si nobis in iis, quae aequa ab illo postulamus, operam suam navaverit, nos id gratissimo prorsus animo esse recognituros. Atque ita agat P. vestra, ut id et obtineat ab ipso, et ad nos quamprimum mittat, etiamsi aliud impetrari non possit, quam ut, quae scit, manu ipse sua conscribat. De Arcamona quod monet dubium P. vestra, id nihil est: etsi enim Ticinium

magnopere miramur, qui nobis multa de ejusmodi testimoniis opera Brancatii conquirendis promittebat, nunc dubitare, tamen nos quidem sic statuimus, Arcamonam, iterato suo testimonio, non plus nobis, quam nocuit, nocituram esse; etiamsi id, quod antea dixit, confirmasse iterum videatur: prodesse etiam posse, si pro testimonio id dicere voluerit, quod ad detegenda furta et expilationes haereditatis nostrae, per Papacodam vel per quempiam alium factas, pertinere videatur. De quibus quidem expilationibus, cum prius illud testimonium de testamento ipso diceret, non dicitur fuisse interrogata. Utut est, omne momentum videtur esse in eo constitutum, ut notificatio ista particularis denuntiationis, ut vocant, evangelicae prudenti homini committatur, qui possit antea animum ipsius Arcamonae explorare et, quam in partem inclinet, diligentius videre: ut ex eo tandem vel urgere possit examen mulieris, si illam pro causa nostra facere animadverterit, vel negligere, sin secus videatur. De scripturis Camilli Rossis, quae penes illum repertae et ad inquisitionis officium delatae sunt, diximus olim, velle nos ad P. vestram scribere, quas nobis scripturas interea necessarias esse arbitramur. Nunc igitur earum indicem P. vestrae mittimus. De reliquo, reperiat P. vestra ministrum aliquem inquisitionis, qui eas scripturas omnes perlustret, et singularem summam brevem faciat: quam postea P. vestra ad nos mittet. Bene valeat P. vestra.

Dat. Varsaviae 14 Martii 1570.

CCLXIX.

Sigismundus Augustus etc.

Episcopo Couchensi [1]).

R. in Christo pater, amice s. n. charissime. Mortem Oratoris nostri, quae alioqui vitari non potuit, hoc aequius ferimus, quod ex litteris quidem P. vestrae intelligimus, nos pro opera ipsius commode uti posse in negotiis nostris amore, benevolentia, aequitate P. vestrae. Quae nobis sane litterae ipsius fuerunt gratissimae. Quod scribit P. vestra de impedimento jurisdictionis, quam Neapolitani defendunt, scire P. vestram volumus, deliberatum nobis esse, nolle judicio ullo de hoc negotio experiri, sed totam rem ipsius S. Regis, fratris et consanguinei nostri charissimi conscientiae permittere. Cujus Serenitatem, si modo de causa ipsa a viris bonis et nulla cupiditate mala depravatis cognoscere voluerit, non dubitamus iis, quae nobis per ministros Serenitatis ipsius inflicta sunt, vulneribus talem medicinam esse allaturam, qualem mutua sanguinis et necessitudinis nostrae conjunctio, qualem justitia nostra, qualem denique aequitas et integritas summa Serenitatis illius requirit. Quod consilium nostrum quoniam P. vestra accommodatissimum esse utriusque nostrum dignitati et existimationi intelligit, fecerit nobis rem gratissimam et omni nostra benevolentia regia referendam, si ad id quoque gratiam, auctoritatem, officium suum apposuerit. Quod Ferdinandum Navedam attinet, eum nos a P. vestra commendatum, commendatissimum habebimus, et si quibus in rebus ejusmodi hominum industria opus habuerimus, ejus potissimum opera prae caeteris libenter utemur, quemadmo-

---

[1]) Spowiednik Króla Hiszpańskiego Filipa II, Biskup Konkeński. (*Cuença, Conca,* miasto w Hiszpanii dyecezyalne).

dum de eo ad Internuntium nostrum, Generosum Petrum Volscium scribimus, quem ipsum P. vestrae maxime commendamus. Bene valere P. vestram cupimus. Dat.

CCLXX.

Sigismundus Augustus etc.

Petro Volscio.

Generose f. n. d. Posyłamy wam dwa listy do K. J. M. napisane, oba jednakie, okrom, iż jeden jest językiem włoskim, a drugi łacińskim, jako najdziecie napisano na kustodiej, co wy potém odstrzygniecie, niż oddacie. A przypuszczamy to na baczenie wasze, abyście wy tam, obaczywszy, którymby językiem najradziéj czytał J. K. M., taki list J. K. M. oddali, nie kwapiąc się nic z oddawaniem, ale czasu patrząc pogodnego, gdziebyście J. K. M. wolnéj a dobréj myśli być baczyli, by więc niedziele trzy i cztery czekać. Przy oddawaniu, zaleciwszy chęć naszą bracką i powinną J. K. M., będziecie prosić, aby to J. K. M. na żądość naszą uczynić raczył, żeby ten list sam przeczytał, a przeczytawszy raz, żeby i drugi raz toż uczynił: a potém w téj sprawie naszéj tak się rezolwował, jako P. Bóg serce J. K. M. natchnie, wedla sprawiedliwości naszéj, i wedla dostojeństwa swego królewskiego, i tego powinowactwa, które mamy z domem J. K. M. Sollicytując potém o odpis, nie przynaglając jednak J. K. M. w téj mierze, a dawajcie nam znać o wszystkiém, i takież X. Kardynałowi Heilsberskiemu. A iżbyście wiedzieli, jakobyście się tam w téj rzeczy tak przed K. J. M. jako i przed inszemi akkomodować mieli, posyłamy wam summę obudwu listów, tak łacińskiego jako i włoskiego. Nie wątpimy, iż w to wszystko tak potraficie, jako my sobie o was obiecujemy. Pisał też do nas temi czasy X. Biskup Koncheński, żałując

śmierci P. Przemyślskiego, a ofiarując nam chęć swoją do téj sprawy, i zalecając nam niejakiego Ferdinandum Navedam na tę sprawę. Odpisujemy X. Biskupowi tak, jako to z przepisu listu, który też wam posyłamy, wyrozumiecie. Oddajcież i ten list i to ofiarowanie okażcie, iż nam bardzo wdzięczne było. O tego Nawedę, tak mu powiedzcie, jako widzicie, iż my odpisujemy. X. Kardynała Heilsberskiego we wszém słuchajcie, i co wam w rzeczach naszych zleci, to z pilnością sprawujcie. Dat.

P. S. Scribatur exemplum litterarum ad Regem latine, italice, ad Conchensem latine.

Jeśli jeden list oddacie, drugi nam odeślijcie. Gdzieby się też obu listu J. K. M. widzieć domagal, możecie oba oddać. Ale o tych rzeczach, które do J. K. M. na ten czas piszemy, wy nic nie wspominajcie przed nikim, bo też o tém nikomu innemu, jedno wam, znać nie dawamy. [1])

Naprzód z jednéj strony okazuje K. J. M., iż z wielu przyczyn słusznie się w téj sprawie Barskiéj turbować musi.

1) Iż babka i matka J. K. M. te status legitime, quiete, integre trzymała.

2) Iż Carolus V investituras antiquas matce J. K. M. renowował, cum ampliationibus novarum praerogativarum et jurisditionum et poenis in eos, qui contra ausi fuerint.

3) Iż K. J. M. in hac Caroli V investitura jest comprehensus, jako filius et descendens Reginae Bonae.

4) Iż przodkowie J. K. M. i sam K. J. M. zawzdy się dobrze zachował przodkom K. J. M. Hiszpańskiego i samemu Królowi Filipowi.

---

[1]) Następujący ustęp obejmuje treść listów Zygmunta Augusta do Filipa II, pod d. 13 Marca z Warszawy na ręce posła Piotra Wolskiego przesłanych.

A wzdy mimo to nie może przyjść ku possessyej za dwanaście lat, do któréj przyszła matka J. K. M. rychléj, niż w rok po śmierci matki swojéj. Potém z drugiéj strony okazuje, iż się ma temi dwiema rzeczami cieszyć:

1) Iż K. J. M. Hiszpański jest syn i haeres nietylko regnorum, ale też obligationum i virtutum divi Caroli V.

2) Iż jest singulari justitia, aequitate, integritate, conscientia praeditus.

A ztąd rozumie, iż to, co się dzieje, nie dzieje się przez J. K. M., ale się dzieje opera ministrorum, którzy tę sprawę nicują, a K. J. M. do Króla Hiszpańskiego, pana swego inaczéj podają.

Nakoniec przypuszcza tę rzecz wszystką na sumienie J. K. M., aby wziąwszy sprawę dobrą od dobrych ludzi, sam raczył w téj rzeczy koniec uczynić, ex aequitate et conscientia sua bene informata.

Okazując multis rationibus, iż tak przystoi między Królmi, multis necessitudinibus powinowaconemi.

Postremo okazuje J. K. M., iż chce czekać téj rezolucyej, a będzieli in favorem, obiecuje to wszelakim obyczajem przyjaźni i brackiéj miłości swéj K. J. M. Hiszpańskiemu zadziaływać.

CCLXXI.

Sigismundus Augustus etc.

Clodinio.

Venerabilis d. n. d. Przyjechał już tu Stempowski i oddal nam to, coście poslali około liczby jego, i dubia niektórych jurgieltników naszych, i około akcyj, które tam nam intentantur. Co się tycze liczby Stempowskiego, tęśmy tu już przejrzeć rozkazali. Około dubia, które tam prowizyowani

czynią, nie odstępujcie ni w czém od pisania listów naszych, wedla których samych chcemy, abyście się sprawowali, puszczając na stronę to, co każdy z nich pretenduje. Iż nam piszecie, żeście nam przez tegoż Stempowskiego posłali inwentarz tych skryptur wszystkich, któreście tam odebrali, tedy tak wiedzcie, żeśmy jeszcze tego inwentarza nie widzieli, chyba iżby był przy liczbie, którejeśmy jeszcze nie otworzyli. A iż nam tego wiedzieć potrzeba, nie wadzi i drugi raz to posłać do rąk naszych. Poślijcie nam też liczbę X. Tycynowę, żeby się wszystko zaraz odprawić mogło. Około akcyj, które nam intentantur, będzieli potém co więcéj, nie omieszkamy wam oznajmić. Teraz tak wiedzcie, iż co się tycze Bernarda Lampognanum, który czyni przeciw nam o dwieście dukatów za jakiś dom i ogród, tego się tu kwit pergaminowy najduje, gdzie z tego kwituje Królowę J. M., matkę naszą, pod przysięgą, iż się tego ani on, ani haeredes jego, tak od Królowéj nieboszczki matki naszéj, jako i od sukcessorów jéj, wiecznemi czasy upominać nie ma. Powiedzcież to Adwokatom. A acz rzecz jest mała 200 dukatów, wszakoż in terrorem aliis, których tam takich sila być może z temi nieprawdziwemi pretendencyami, każcie temu Lampognano przypiąć poprzęgów o perjurium. Kwit ten albo exemplum ejus authenticum poślemy wam, kiedy napiszecie, iżby go już ad causam potrzeba było. Potrzeba nam też tu instrumenta publica, jako przez Królowę J. M., matkę naszą, kupion był czynsz 43,000 in dohana. Item exemplum mandati regii authenticum ad magistratus Neapolitanos, aby ten czynsz na każdy rok, nie czekając nowych mandatów, płacili zawzdy J. K. M. Ale tego możecie dostać od Adwokata Palmiera, bo ten snać około tego robił naonczas, za Królowéj J. M.; z ksiąg tego pospolitych dostawać, powiadają, iżby bardzo kosztowno było. Przytém poślijcie też nam kopię protestationis nomine S. Regis Philippi, która się snać tam na każdy rok dzieje przy oddawaniu téj summy 43,000. Insze rzeczy tak, jako wam X. Kardynał za czasem pisać będzie, bez którego wolej nic w rze-

czach naszych nie poczynajcie. In repetenda pecunia a Jacobo Lionre supersedeat D. tua usque ad aliam informationem nostram. Pro gratia nostra.

Dat. Varsaviae 14 Martii.

CCLXXII.

Sigismundus Augustus etc.

Castaldo.

Magnifice s. n. d. Quemadmodum, cum apud nos esset proxime S. tua, acquievimus sententiae illius de iis, quae nomine nostro in Hispaniis, post absolutas caerimonias istas nuptiales, quae instant, agenda esse videantur, ita nunc scribimus Venerabili Oratori nostro, ut rem cum Majestate Caes. conficiat, et ut curet, S. tuam in nostris nogotiis adjungi ad eum, quem Majestas Caes. nomine suo in Hispanias est missura: ut possit S. tua, pro ea justitia, quam habet in hac causa nostra, ipsum quoque S. Hispaniarum Regem alloqui, et Serenitati ejus rationem totius negotii, quantum opportunum esse judicaverit, enarrare. Confidimus plane studium nobis S. tuae defuturum non esse. Quod nobis futurum est gratissimum.

Dat. Varsaviae 14 Martii 1570.

CCLXXIII.

Sigismundus Augustus etc.

Podoscio.

Venerabilis d. n. d. Gdyżeście już C. J. M. tych affinitates gratulowali, wedla rozkazania naszego, tedy gratulujcie

takież i Cesarzowéj J. M., dając znać, jako wszystkie pociechy J. M. za nasze własne poczytamy, a jako J. M. tego życzymy i uprzejmie winszujemy, żeby w téj sprawie i w każdéj inszéj potém P. Bóg J. C. M. i domowi wszystkiemu Jéj C. M. błogosławić raczył wszelaką szczęśliwością. Proścież przytem J. C. M., aby córce swéj, którą do Hiszpaniej posyła, sprawę tę naszą Barską pilnie zalecić raczyła, żeby potém ona tam będąc, a to zlecenie C. J. M. pamiętając, była u K. J. M. małżonka swego przyczyną swą, na pomocy, téj sprawiedliwéj, a tak dalece zwleczonéj sprawie naszéj, żeby koniec swój przystojny, słuszny, sprawiedliwy, za przyczyną J. M. wziąść tandem mogła. Gdyż my tak rozumiemy, iż jako u K. J. M. Hiszpańskiego przyczyna J. M. nad przyczyny wszystkie inne, tak u J. M. saméj zlecenie i zalecenie téj sprawy przez Cesarzowę J. M., nad wszystkie inne zlecenia i zalecenia ważniéjsze będzie. Trzeba wam będzie jeszcze i Cesarzowi J. M. też Barską sprawę przypomnieć, prosząc, aby J. C. M. tak córce téj swojéj, jako i temu, którego przy Jéj M. do Hiszpaniej posyłać raczy, zalecił ją de meliori nota, aby K. J. M. Hiszpańskiemu przełożona była sprawiedliwość nasza, z przypomnieniem i cierpliwości przez te wszystkie dwanaście lat po śmierci nieboszczki matki naszéj. Gdzieśmy my, pamiętając na te związki, które mamy z domem Rakuskim wielkie i starodawne, woleli do tych czasów te wszystkie indignitates od sług i poddanych K. J. M. Hiszpańskiego, brata swego, na sobie odnosić, rozumiejąc, jakoż i teraz rozumiemy, iż się to dzieje nad wolę J. K. M., niślibyśmy byli mieli te doległości nasze na kogo inszego wkładać, którebyśmy znali nie chutliwemi K. J. M., albo domowi wszystkiemu J. K. M. A iż Gion Baptista Castaldo [1]), téj wszystkiéj sprawy jest dobrze świadom, proście C. J. M., aby przy tym, którego tam do Hiszpaniéj posłem od siebie posyła, ra-

[1]) Jan Baptysta Alfons Castaldo, przytoczony wyżéj jako świadek w liście Zygmunta Augusta do Adwokatów w Neapolu; ten sam, z którym Król korrespondował często.

czył też w téj rzeczy przylecić tego Castalda, jako sługę swego, w ten sposób tylko, żeby on, jako ten, który ma cognitionem causae, mógł też kilka słów powiedzieć K. J. M. Hiszpańskiemu w téj mierze. Piszemy o tém do samego Castalda na ten czas. Lecz listu nie drzewiej mu oddajcie, ażbyście wyrozumieli z C. J. M., żeby nie było przeciw J. C. M., aby tam Castaldo jechać miał. Alioqui gdzieby się to C. J. M. nie zdało, tedy listu nie oddawajcie. Co się tycze negotium Kossyczanów przeciw Joannem Pongracz Nagimihal (*tak*), tę nam sprawę dano, iż już osiadł pod nami i stał się poddanym naszym. A tak wydać się go nam już nie godzi, ale gdzie nań skarga tu w Koronie będzie, rozkażemy sprawiedliwość uczynić, jako z poddanego. Wyrozumieliśmy też około Alexandra Picharoni de Mirandula to, co nam piszecie i co z nami mówił J. M. X. Podkanclerzy. A tak rozkazaliśmy pilność wszelaką uczynić na rozmaitych miejscach, nakoniec aż na granicy Moskiewskiéj, aby był zahamowany, a dzierżan aż do nauki naszéj.

Dat. Varsaviae 14 Martii 1570.

CCLXXIV.

Sigismundus Augustus etc.

Sebastiano Montelupi.

Nobilis f. d. Dano nam znać, iż jedzie tu do Korony naszéj niejaki Alexander Picharoni de Mirandula, z drugim szlachcicem Weneckim Melchiorem de Michelis, młodzieńcem we 20 leciech, i z inszém snać towarzystwem, którzy wszyscy umyślili jechać do Moskiewskiego nieprzyjaciela naszego. A tak rozkazujemy wam, abyście na to pilne oko mieli i mieć sługom swym rozkazali, jakobyście go w ręku mieć

mogli, a prześpiegowawszy tę rzecz, urzędowi naszemu znać dali, jakoby go zatrzymano aż do nauki naszéj. W czém posyłamy wam mandat do urzędu, który oddacie za potrzebą. Inaczéj nie czyńcie pod łaską naszą. Dat. ut supra.

CCLXXV.

Sigismundus Augustus etc.

Palatino Cracoviensi [1]).

Magnifice s. n. d. Dano nam znać etc. (ut supra). A tak gdzieby się W. M. o nim dowiedzieć mógł, tak czyń W. M., jakobyśmy go w ręku mieli, a trzymaj go W. M. aż do nauki naszéj. O czém możesz się W. M. rozmówić z Soderyny, kupcy krakowskie, i z postarzem naszym. Dat. ut supra.

CCLXXVI.

Franciscus Krasinski, Vicecancellarius regni.

Cardinali Varmiensi.

J. et R. D. domine observandissime. Obsequiorum meorum commendationem. Non est, quod a nobis per singulos tabellarios litteras exspectet J. P. vestra. Nam neque semper est, quod istuc scribatur, et interdum, occupata Cancellaria Regiae Majestatis aliis expeditionibus, necesse est, ut occupationibus nostris J. P. vestra ignoscat. Si quid est, quod ur-

---

[1]) Stanisław Myszkowski h. Jastrzębiec.

geat, nunquam temere praetermittemus. De errore in litteris Cardinalium admisso quod scribit, ita sciat, novi factum esse in eo nihil, sed quod jam inde a temporibus R. D. Plocensis Episcopi, qui Cancellariae ante me praefuit, factitatum est, id quoque hoc tempore diligenter est servatum, nec unquam pro errore aut a nostris, aut ab externis ipsis reputatum. Nam et ipsi profecto Cardinales sine ullis ejusmodi titulorum caerimoniis, simplicissime, et Regiam ipsam Majestatem in litteris affari, et nomen suum litteris ipsis subscribere solent. Jam autem non solum intus nullis caerimoniis utuntur, sed etiam foris non fere plus adscribere solent, quam S. Poloniae Regi. Quorum simplicitatem imitari visum quoque fuit Cancellariae nostrae, sine offensione quidem omnium, ad quos hactenus ad eum modum scriptum est, Cardinalium. Quid enim reprehenderent, quod illis ipsis auctoribus usurpari est coeptum? praesertim, cum tituli et appellationes illorum frequentissime in anno commutentur: usque adeo, ut ne ipsa quidem P. vestra J., quae nuper adeo in urbem venit, eandem quam prius appellationem dicatur retinere. Sed haec utut sunt, illo quidem tempore cum ad P. vestram aliquot et viginti epistolae sine inscriptionibus mittebantur, eo quidem certe consilio mittebantur, ut possent inscribi quibus visum esset. Quod si intus tituli in linea, ut scribit J. P. vestra, adscripti fuissent, tum non licuisset eosdem foris ulla ratione commutari. Nos autem nec scire potuimus, quinam tum praesentes in urbe essent, et, quod magis est, divinare non potuimus, qui essent, qui causae S. R. Majestatis faverent, et quos sibi potissimum J. P. vestra adeundos et conveniendos esse in negotio S. R. Majestatis existimaret. Ut plane difficile fuerit alia ratione quam factum est, J. P. vestrae satisfacere. Illustrissimis, quod nonnulae inscriptae fuerunt, ex abundantia magis studii nostri erga J. P. vestram et negotia Regiae Majestatis, quam ex certa ulla ratione factum fuit: ac propterea etiam illae litterae pauciores reliquis fuerunt, quibus etiam P. vestra J., si

forte aliquem ejus dignitatis virum venire Romam contigisset, uti posset. Sed haec quoniam leviora sunt, quam ut iis disserendis J. P. vestram occupare velim, dabit deinceps operam, ut, quales velit litteras, et ad quos velit, nominatim perscribat, id enim videt profecto necessarium esse, si intus tituli erunt adscribendi. Jubeat autem quoque aliquem ex suis Secretariis interdum huc mittere appellationes istas exquisitas Cardinalium, ut a Notariis Cancellariae, qui haec jam pro derelictis habuerunt, deinceps observari possint. Ad alias J. P. vestrae ad Regiam Majestatem scriptas litteras abunde responsum esse P. vestrae J. video. De benigno responso quod addit, in eo quoque, mille ducatorum extraordinariis, quos apud R. Majestatem J. P. vestrae nuper impetravi, confido illi satisfactum iri. Optime valere J. P. vestram cupio.

Dat. Varsaviae 14 Martii 1570.

CCLXXVII.

Idem.

Joanni Micheli [1]), Oratori Veneto.

Magnifice et clarissime domine, amice charissime et observandissime. Casum, quem mihi Venetiis obtigisse Mag. vestra perscribit, de propinquo suo ex familia Michelorum, exposui diligentissime S. R. Majestati, effecique tantum, ut Majestas illius, dimissis circumquaque litteris, observari jusse-

---

[1]) Giovanni Micheli, znakomity dyplomata, poseł Rzeczypospolitéj Wenecyańskiéj przy dworze Londyńskim 1553—1558, z którego to czasu zostawił ciekawe relacye, w których znajdują się nieznane zkądinąd szczegóły do panowania Królowéj Maryi i jéj małżeństwa z Filipem II, Królem Hiszpańskim.

rit transitum ejus, una cum Mirandulano isto, a quo est circumventus. Si venerit, effugere custodiam magistratus non poterit, quae illum ex mandato R. Majestatis detinebit. Si qua praeterea in re gratificari M. vestrae potero, inveniet me semper in rebus suis et suorum omnium promptum ac paratum. Cupio M. vestram optime valere.

Dat. Varsaviae 14 Martii 1570.

CCLXXVIII.

Idem.

Clodinio.

R. domine, amice charissime. Nad to, co się pisze w liście K. J. M., nie mam co więcéj pisać do W. M. Nie wątpię, iż w tych rzeczach, które się teraz do W. M. piszą, pilność swą J. K. M. pokażesz W. M. P. Stempowski już tu przyjechał, liczba jego pocznie się codzień. Bene valeat D. vestra.

CCLXXIX.

Idem.

Volscio.

Generose domine, amice et frater charissime. Ja nie mam co na ten czas W. M. innego pisać, jedno, iż się spodziewam, żeś już W. M. do tych czasów na miejscu, tedy winszuję W. M. tego, a proszę, abyś W. M. in negotiis R. Majestatis sprawował się wedla rozkazania J. K. M., dając znać o wszystkiém J. K. M. i X. Kardynałowi do Rzymu. U nas tu nowin

nie masz, jedno, iż się panowie teraz od K. J. M. rozjechali na sejmiki powiatowe. Bene valeat D. vestra.

Dat. ut supra.

CCLXXX.

Idem.

Podoscio.

R. D. frater et amice charissime et honorande. Insze rzeczy z listu J. K. M. wyrozumiesz W. M. To z mego, iżem się przymawiał u K. J. M. o poprawę prowizyi W. M. na ten sejm Rzeski, przekładając drogość i inne rzeczy. Powiedział quidem J. K. M., iż będzie trzeba poprawić, ale jeszcze natenczas nie rezolwował się w téj mierze. Rozumiem, że przyjdzie i drugi i trzeci raz ruszyć téj rzeczy, a jeśli mnie W. M. spytasz, wielkiéj się poprawy spodziewam? Tak baczę, iż gdzie ku pierwszemu przydadzą pięćdziesiąt na każdy miesiąc, to będzie tutt' il mondo. We mnie W. M. nic nie wątp, uczynię co dobremu przyjacielowi i bratu W. M. należy; lecz czasy teraz bardzo trudne. Bene valeat D. vestra R.

Dat. ut supra.

CCLXXXI.

Idem.

Ticinio.

